to ðan þorn stubbe oð mid þam bradan mere,
15 (* Ego Þurkytel miles.)

162r

of ðam mere to þæs dices ende, of ðære dic,
be elles wyrðe gemæra oð þæne grenan weg,
swa be þæm grenan wege to ðan riðig, æfter
ðam riðig to leofwines gare, of ðan gare be
5 þan heafdan suð to ðan stocce, 7 swa forð to
ðan ac stubbe, of þan ac stubbe an furlang
west be pappawyrðe gemæra to earninga
stræte, æfter earninga stræte norð to lo-
dona beorge swa be broce into romboldes
10 becc, of romboldes becc norð be stræte oð
scorn ho, of scorn ho be hemminga forda
gemæra into use, andlang use eft oð þa
ealdan laca. Ðis is se fixnað þe to stan-
tune gebyrað, þæt is æt holan were, 7 æt
15 deopan were, 7 æt suðan ea, 7 æt niwan were,
7 æt dinde, 7 æt biscoþes were, 7 æt bradan
were, 7 æt niwan were, 7 æt merbece.

.
+ (Ð)is wæron

20 ða æhtemen into wulda ham 7 heora
of sprinc. Ðas man dyde þider of ægles-
forda, tottel, 7 eadwig his broðor, 7 heo-
ra of team, 7 totteles suster 7 hire
cild, 7 his suster dohtor 7 hire twa cild.

162v

Ðas coman suðan of cinces tune, æþelflæd
7 hire cild. 7 of ægles forda, sigburh 7 hire
cild, 7 garwig 7 his wif, 7 boia 7 his wif,
7 guðhelm 7 his wif, 7 heora of team.
5 7 þas coman of cealce, bunel 7 his wif, 7 hid-
da 7 his wif, 7 noðbald, 7 his wif, 7 heora
of team. Þa gebohte ælfstan þæt land ælfe-
hes fæder æt eadmunde cince mid eallum
ðam þe ðar onstod on ece yrfe mid hund
10 twelftigas mancesan goldes, 7 mid þrittig-
gan pundan.

.
+ (H)er geswutelap on þisum gewrite þæt ægelsi
on wuldeham hæfð gelened be siwordes
15 dægge biscopes his dohter 7 hiore dohter
ut of totteles cynne, 7 hæfð oþra männ

þær inn gedon be þære burhwara gewit-
nyse on hrouecæstre, 7 be ealle þæs bi-
scopes geferan. **De Falcheham, et bromleage.**

20 (Ð)us wæron ða land, æt bromleage, 7 æt
fealcnaham, þam cinge eadgare gereht,
on lundenbyrig, ðurh snodinglandes land
bec. Ða þa preostas forstælon þam biscope on
hrofesceastre, 7 gesealdan heo ælfrice æsc-

163r

wynne sunu, wið feo dearnunga, 7 heo æscwyn
ælfrices modor sealde heo ær ðider in, ða
geacsode se biscop þæt ða becc forstolene wæron,
bæd þara boca ða geornlice, under ðam þa ge-
5 watt ælfric, 7 he bæd ða lafe syððan, oð man
gerehte on cinges ðening manna gemote ðære
stowe 7 ðam biscope ða forstolenan becc snodig
landes, 7 bote æt ðære ðyfðe, þæt wæs on lun-
dene, þær wæs se cing eadgar, 7 se arcebiscop
10 dunstan, 7 ædelwold biscop, 7 ælfstan biscop,
7 oðer ælfstan, 7 ælfere ealdorman, 7 fela
cynge witena, 7 man agæf ða into ðære
stowe ðam biscope ða becc. Ða stod ðara wydewan
are, on ðæs cinges handa. Ða wolde wulfstan
15 se gerefa niman þa are to ðæs cinges handa,
bromleah, 7 fealcnaham. Ða gesohte seo wy-
dewe ða halgan stowe, 7 ðane biscop, 7 agæf ðam
cinge bromleages boc, 7 fealcnahames, 7 se
byscop gebohte ða becc 7 ða land æt ðam cinge
20 on godesh(y)lle, mid fiftigan mancesan goldes,
7 hund teontigan, 7 ðrittigum pundum, þurh fore-
spræce, 7 costnunge, into sanctae andrea, siððan
ða lefde se biscop ðare wydewan, ðara lande
bryces, under ðam ða gewatt se cing. Ongan

163v

ða syððan byrhtic ðare wydewan mæg, 7 heo
to ðam genedde þæt hy brucan ðara landa on
reaflace, gesohtan ða ðane ealdorman eadwi-
ne, 7 þæt folc ðe wæs godes anspreca, 7 geneddan
5 ðane biscop be ealre his are agiftes ðara
boca, ne moste he beon þara ðreora nanas
wyrðe ðe eallum leodscipe geseald wæs on wedde,
Tale, ne teames, ne ahnunga.

Þis is seo gewitnesse ðæs ceapes, Eadgar cing,
10 7 dunstan arcebiscop, 7 oswald arcebiscop, 7 ædelwold biscop,
ædelgar biscop, 7 æscwi biscop, 7 ælfstan biscop, 7 oðer ælf-
stan biscop, 7 sideman biscop, 7 ðæs cinges modor ælf-
ðryð, 7 osgar abbod, 7 ælfere ealdorman, 7
wulfstan on dælham, 7 ælfric, on ebbesham,
15 7 seo duguð folces on westan cænt, þær þæt
land, and þæt læð to lið.

.
. .
20 .
.
.

164r

<one leaf replaced>

164v

Haec descriptio demonstrat aperte unde
debeat pons de rouecestra restaurari, quotiens
(P)RIMVM eiusdem fuerit fractus.

5
10
15
20
ciuitatis episcopus incipit operari in orientali brachio primam peram de terra, deinde tres uirgatas plancas ponere, et tres suluas, id est tres magnas trabes supponere. Et hoc faciet de borcstealla, et de cuclestana, et de freondesberia, et de stochiche. Postea secunda pera pertinet ad gillingeham, et de caetham, et unam uirgatam plancas ponere, et iii. suluas supponere. Deinde tertia pera pertinet iterum ad episcopum ciuitatis eiusdem, et duas uirgatas et dimidiam plancas ponere, et iii.es suluas supponere, et hoc fiet de hallingis, et de trotescliua, et de meallingis, et de (suth)fleotes, et de stanes, et de pinindene, et de falceham. Postea quarta pera pertinet ad regem et iii.es et dimidiam uirgatam plancas ponere, et iii.es suluas supponere, et hoc debet fieri de æilesforda, et de toto illo lesto quod ad illud manerium pertinet, et de supermontaneis, et de aclea, (*) et de smalalande, et de cusintunæ, et de dudeslande, et

23 (* et de ufenhylle) *added in the margin by a different hand*

17 (suth) *inserted by a different hand*

(de) gisleardes lande, et de Wldeham, et de burhham, et de aclesse,

:

et de horsteda, et de fearnlega, et
 5 de terstane, et de cealca, et de hænhersta,
 et de hathdune. Deinde quinta pera est
 archiepiscopi, iiii.or uirgatas plancas ponere,
 et tres suliuas summittere, et hoc debet
 fieri de Wroteham, et de mæidestana,
 10 et de oteringaberiga, et de netlasteda,
 et de duobus peccham, et de hæselholte, et
 de mæreuurtha, et de lilleburna, et de
 suuanatuna, et de offeham, et de dictune,
 et de Westerham. Postea sexta pera de-
 15 bet fieri de holineburna et de toto
 illo lesto quae ad hoc pertinet, iiii.or uirga-
 tas plancas ponere, et tres suliuas sup-
 ponere. Septimam et octauam peram de-
 bent facere homines de hou, et quattuor
 20 et dimidiam uirgatas plancas ponere, et
 sex suliuas supponere. Deinde nona
 pera quae ultima est in occidentali bra-
 chio est iterum archiepiscopi, iiii.or uirgatas
 plancas ponere, et tres suliuas summit-

2-4 erasure

tere, et haec debet fieri de northfleta, et
 de cliua, et de heahham, et de denituna,
 et de meletuna, et () de hludesduna, et
 de meapeham, et de snodilanda, et de ber-
 5 lingæs, et de (pe)dlesuurthe, et de omnibus il-
 lis hominibus qui manent in illa ualle.
 Et sciendum est quod omnes illae suliuae quae
 in ponte illo ponentur tantae grossitudi-
 nis debent esse, ut bene possint sustine-
 10 re omnia grauia pondera superiacentium
 plancarum, et omnium desuper pertranseun-
 tium rerum.

.
 .
 15 .
 .
 .
 .
 .
 .
 20 .
 .
 .
 .
 .

<one leaf replaced>

.
 .
 .

5 .
.
.
.
.
10 .
.
.
.
.
15 .
.
.
.
.
20 .
.
.
.
.

166v

Dis is þære briccegeweorc on hrouecæstre.

(H)er syndon genamad þa land þe man hi of scæl weorcan, ærest þære burge biscop fehð on þone earm to wercene þa landperan, 7 þreo
5 gyrda to þillianæ, 7 iii. sylla to lycanne, þæt is of borcstealle, 7 of Cuccestane, 7 of frinondesbyrig, 7 of stoce. Þanne seo oð-
er per gebyrath to gyllingeham, 7 to cætham, 7 an gyrd to þillanne, 7 iii. sylla
10 to leccanne. Þonne seo þridde per gebyrað eft þam biscope, 7 þridde healf gyrd to þillianne, 7 iii. sylla to leccenne, of heallingan, 7 of trotescliue, 7 of meallingan,
7 of fiote, 7 of stane, 7 of pinindene, 7 of
15 falchenham. Þonne () is se feorðe þe per þæs cinges, 7 fiorðe healf gyrd to þillanne, 7 sylla
iii. to leccanne, of æglesforda, 7 of ellan þam læpe þe þær to liþ, 7 of ufanhyll, 7 of aclea,
7 of þam smalanlande, 7 of cusintune, 7 of du-
20 deslande, 7 of gisleardeslande, 7 of wuldeham 7 of burhham, 7 of æcclesse,
7 of horstede, 7 of fearn-
lege, 7 of tærstane, 7 of cealce, 7 of hennhyste, 7
of ædune. Þonne is sy fite per þæs arcebiscope / to

21–2 *blank space*

167r

wroteham, 7 to mægþanstane, 7 to woþringa-
byran, 7 to netlestede, 7 to þam twam pecc-
ham, 7 to hæselholte, 7 to mæranwyrþe, 7
to lillanburnan, 7 to swanatune, 7 to offaham,
5 7 to dictune, 7 to westerham, 7 iii. gyrda to
þyllanne, 7 iii. selle to leccanne. Þonne is syo
syoxte per to holinganburnan, 7 to eallan

þam læþe, 7 iiii. gyrda to þel(l)iene, 7 iii. sylla
to leccenne. Þonne is syo syoueþe, 7 syo eah-
10 teþe per to howaran lande to wyrçenne, 7
fifte healf gyrd to þillanne, 7 vi. sylla to lyc-
canne. Þonne is syo nigaba per þæs arcebi-
scopes, þæt is syo landper æt þam west ænde,
to flyote, 7 to his cliue, 7 to hehham, 7 to dene-
15 tune, 7 to melantune, 7 to hludes dune, 7 to
meapeham, 7 to snodilande, 7 to berlingan,
7 to peadleswyrþe, 7 ealla þa dænewaru, 7 iiii.
gyrdu to þilianne, 7 þryo sylle to leccanne.

20 .
.
.
.
.

167v

.
.
.
.

5 .
.
.
.

10 .
.
.
.

15 .
.
.
.

20 .
.
.
.

<booklets 2–3 rearranged>

168r

De placito apud pinendenam inter lanfran-
(T)empore *cum archiepiscopum, et odonem baiocensem episcopum.*
magni regis uillelmi qui anglicum regnum
armis conquisiuit, et suis ditionibus sub-
5 iugauit, contigit odonem baiocensem episcopum
et eiusdem regis fratrem multo citius quam lan-
francum archiepiscopum in angliam uenire, atque
in comitatu de cænt cum magna potentia
residere, ibique potestatem non modicam exer-
10 cere. Et quia illis diebus in comitatu illo quisquam
non erat qui tantae fortitudinis uiro resistere

posset, propter magnam quam habuit potestatem terras complures de archiepiscopatu cantuarberiae et consuetudines nonnullas sibi
15 arripuit, atque usurpans suae dominationi ascripsit. Postea uero non multo tempore contigit praefatum lanfrancum cadomensis aecclesiae abbatem iussu regis in angliam quoque uenire, atque in archiepiscopatu cantuarberiae deo dispo-
20 nente totius angliae regni primatem sullimatum esse. Vbi dum aliquandiu resideret, et antiquas aecclesiae suae terras multas sibi deesse inueniret, et suorum neglegentia antecessorum illas distributas atque distractas fuisse

168v

repperisset, diligenter inquisita et bene cognita ueritate, regem quam citius potuit et non pigre inde requisiiuit. Precepit ergo rex comitatum totum absque mora considerare, et homines comitatus omnes francigenas et precipue anglos
5 in antiquis legibus et consuetudinibus peritos in unum conuenire. Qui cum conuenerunt, apud pinendenam omnes pariter consederunt. Et quoniam multa placita de diratiocinationibus terrarum,
10 et uerba de consuetudinibus legum inter archiepiscopum et praedictum baiocensem episcopum ibi surrexerunt, et etiam inter consuetudines regales et archiepiscopales quae prima die expediri non potuerunt, ea causa totus comitatus per tres
15 dies fuit ibi detentus. In illis tribus diebus diratiocinauit ibi lanfrancus archiepiscopus plures terras quas tunc tenuerunt homines ipsius episcopi, uidelicet herbertus filius iuonis, Turoldus de hroueestra, Radulfus de curua spina, et alii plures de hominibus suis,
20 cum omnibus consuetudinibus et rebus quae ad easdem terras pertinebant super ipsum baiocensem episcopum et super ipsos praedictos homines illius et alios, scilicet, Detlinges, estoces, preste-

169r

tuna, danituna, et multas alias minutas terras. Et super hugonem de monte forti diracionauit hrocinges, et broc, et super radulfum de curua spina lx. solidatas de pastura in grean. Et
5 omnes illas terras et alias diratiocinauit ita liberas atque quietas, quod in illa die qua ipsum placitum finitum fuit, non remansit homo in toto regno angliae qui aliquid inde calumniaretur, neque super ipsas terras etiam paruam quicquam clameret. Et in eodem placito non solum istas praenominatas et alias terras, sed et omnes libertates aecclesiae suae et omnes consuetudines suas renouauit,
10 et renouatas ibi diratiocinauit, soca, saca, toll, team, flymenafyrmthe, grithbrece, forestal, haimfare, infangenne þeof, cum omnibus aliis consuetudinibus paribus istis uel minoribus istis, in terris, et in aquis, in siluis, in uiis, et in

pratis, et in omnibus aliis rebus, infra ciuitatem
et extra, infra burgum et extra, et in omnibus
20 aliis locis. Et ab omnibus illis probis et sapienti-
bus hominibus qui affuerunt, fuit ibi dira-
tociatum et etiam a toto comitatu concordatum
atque iudicatum, quod sicut ipse rex tenet suas
terras liberas et quietas in suo dominico, ita archiepiscopus

4 grean *glossed* insula est

169v

cantuarberiae tenet suas terras omnino liberas et
quietas in suo dominico. Huic placito interfue-
runt goisfridus episcopus constantiensis qui in
loco regis fuit, et iusticiam illam tenuit, Lan-
5 francus archiepiscopus qui ut dictum est placitauit
et totum diratiocinauit, Comes cantiae, ui-
delicet praedictus odo baiocensis episcopus, Ernustus
episcopus de hroueestra, Ægelricus episcopus de cice-
stra, uir antiquissimus et legum terrae sapientis-
10 simus, qui ex precepto regis aduectus fuit ad
ipsas antiquas legum consuetudines discuti-
endas et edocendas, in una quadriga, Ricar-
dus de tunebrigge, Hugo de monte forti,
Willelmus de arces, Haimo uicecomes, et alii mul-
15 ti barones regis et ipsius archiepiscopi, atque illorum
episcoporum homines multi. Et alii aliorum comita-
tuum homines etiam cum toto isto comitatu,
multae et magnae auctoritatis uiri franci-
genae scilicet et angli. In horum omnium praesentia
20 multis et apertissimis rationibus demonstra-
tum fuit, quod rex anglorum nullas consuetu-
dines habet in omnibus terris cantuariensis
aecclesiae, nisi solummodo tres. Et illae tres quas
habet consuetudines, hae sunt. Vna, si quis

170r

homo archiepiscopi effodit illam regalem uiam quae
uadit de ciuitate in ciuitatem. Altera, si quis
arborem incidit iuxta regalem uiam, et eam super
ipsam uiam deiecerit. De istis duabus consuetu-
5 dinibus qui culpabiles inuenti fuerint, atque
detenti dum talia faciunt, siue uademonium
ab eis acceptum fuerit, siue non, tamen in secu-
tione ministri regis et per uadimonium, emen-
dabunt quae iuste emendanda sunt. Ter-
10 cia consuetudo talis est. Si quis in ipsa re-
gali uia sanguinem fuderit, aut homici-
dium, uel aliud aliquid fecerit quod nullatenus
feri licet, si dum hoc facit deprehensus atque
detentus fuerit, regi emendabit. Si uero deprehen-
15 sus ibi non fuerit, et inde absque uade data
semel abierit, rex ab eo nichil iuste exige-
re poterit. Similiter fuit ostensum in eodem
placito, quod archiepiscopus cantuariensis aecclesiae
in omnibus terris regis et comitis debet multas
20 consuetudines iuste habere. Etenim ab illo die
quo clauditur alleluia, usque ad octauas pascae, si quis

sanguinem fuderit, archiepiscopo emendabit. Et in omni tempore tam extra quadragesimam quam infra quacunque illam culpam fecerit quae cilduuite uocatur,

170v

archiepiscopus aut totam, aut dimidiam emendationis partem habebit. Infra quadragesimam quidem totam, et extra, aut totam aut dimidiam emendationem. Habet etiam in eisdem terris omnibus, 5 quaecunque ad curam et salutem animarum uidentur pertinere. Huius placiti multis testibus multisque rationibus determinatum finem postquam rex audiuit, laudauit, laudans cum consensu omnium principum suorum confirmauit, et 10 ut deinceps incorruptus perseueraret firmiter precepit. Quod propterea scriptum est hic, ut et futurae in aeternum memoriae proficiat, et ipsi futuri eiusdem aecclēsie christi cantuarberiae successores sciant, quae et quanta in dignitatibus ipsius 15 aecclēsie a deo tenere, atque a regibus et principibus huius regni aeterno iure debeant exigere.

(W)illelmus **De frachenham.**

gratia dei rex anglorum, episcopo erfasti, Balduino 20 abbati, picoto et rotberto malet uicecomitibus, et caeteris fidelibus meis salutem. Sciatis quod ego concessi archiepiscopo lanfranco manerium qui uocatur frachenham, sicuti heroldus tenebat ea die quando () mare transiui, et

171r

sicuti turbertus et gotinus ab ipso heroldo tenebant, in omnibus terris, pratis, paschuis, syluis, rusticis et sochemannis, et caeteris omnibus. Willelm kyng gret erfast biscop, 7 baldewine abbod, 5 7 picot scirgerefan, 7 rodbært malet, 7 ealle þa þegenas þær þis gewrit to cymð freondlice, 7 ic kyðe eow þæt ic an lanfrance archiepscope þæt land æt fracenham swa full 7 swa forð swa harold hit fyrmest hæfde þæs dægēs 10 þe ic fyrmest fram ofer sæ com, 7 swa swa þurbearn 7 goti of harolde heolden on eallan land(a)n, 7 mæde 7 læse, 7 weode, 7 geneatas 7 socnmen, 7 ealle þing þe þær to gebyriað. **Quomodo lanfrancus terras extractas aecclēsie sancti andreae,** 15 (P)raeterea notandum **et alias acquisitas monachis contra-** / ac fidelibus omnibus futuris maxime temporibus quantae ualentiae quantaeue aecclēsie christi cantuarberiae necnon et aecclēsie sancti andreae hrouecestriae hic piae memoriae lanfrancus archiepisopus utilitati et honori dum uixit extiterit sciendum est. Hic nanque non solum illas quae superius nominatae sunt terras aecclēsie christi, ue- 20 rum etiam ex diuersorum dominatione tyrannorum aecclēsie hrofensi suae ratione prudentiae ac

15 vertically in the margin / didit, et de gundulfo episcopo.

171v

sapientiae a(d)quisiuit, a(d)quisitas uero aecclesiae unde antiquorum neglegentia fuerant extractae atque dispersae contradidit. Videlicet dānitunam, stoches, falcenham, et fracenham de manibus
5 praedicti baiocensis episcopi et hominum suorum et aliorum hominum, quasi quadam placitorum uiolentia extorsit. Et haec non solum sed et alia bona ad opus monachorum quos eidem aecclesiae ipse primum instituit, quoad uixit impendit,
10 institutis uero seruitio dei et sancti apostoli andreae omnia quae illorum uictui uel uestit(ui) necessaria fore uidebantur certo apparatu praeparare procurauit. Annitente tamen ac per omnia suffragante beatae memoriae gundulfo episcopo
15 quem ipse monachum et sacristam sanctae mariae beccensis aecclesiae dum ipse quoque prior eiusdem fuit aecclesiae merito sanctitatis ac beatae religionis prae caeteris omnibus adamauit, adamatum uero post se in angliam quoque quam citius potuit
20 uenire fecit, et eum omni domui suae, immo rebus omnibus suis quas in archiepiscopio habuit solum post sese prae omnibus aliis praeposuit. Praepositum autem atque in omni sapientiae et prudentiae sensu diu probatum, tandem diuino ad-

172r

monitus instinctu a sese deuote consecratum praedictae aecclesiae praefecit antistitem. Qui xxx.ta et uno annis inibi superstes existens, aecclesiam sancti andreae pene uetustate dirutam, nouam
5 ex integro ut hodie apparet aedificauit. Officinas quoque monachis necessarias prout loci capacitas pati potuit omnes construxit, ipsos etiam monachos (xxii) suscepit, susceptos uero sanctae religionis habitu induit, indutos
10 postmodum sacris ordinibus (a)ptos uel sanctae religionis benedictione dignos ipsemet benedixit consecrauit, et quantacunque ualuit diligentia et per se et per alios in dei timore et amore semper
15 instruxit, instructos quidem post deum super omnia amaui honorauit, atque in eo quod potuit omnibus diebus uitae suae beneficiis multimodis augmentare non cessauit. Et cum non amplius in introitu episcopatus sui quam quinque inuenisset in aecclesia sancti andreae canonicos, die qua seculo
20 praesenti decessit, plusquam sexaginta (monachos) bene legentes et optime cantantes in seruitio dei et apostoli sui deum timentes et super omnia amantes reliquit. Sed inter caetera quae illis beneficia nonnulla contulit, unum illis dignum memoria

172v

fecit, fracenham quod ut supradictum est ab alienorum iniusta potestate archiepiscopus prudentiae suae ratione lanfrancus extorsit, et ad uictum monachorum aeternaliter fore constituit, gundulfus episcopus quia ipsum manerium
5 longinquis regionibus a hrouecestra nimis

erat remotum, ipsum manerium in sua ac suorum
omnium retinuit manu successorum, atque pro illo
licentia et consilio sepedicti archiepiscopi lan-
10 franci, Wldeham monachis aeternaliter dedit,
malens quidem sese ac suos successores annu-
is laboribus equitando uictum ibi tam longe
quaeritare, quam monachos uel eiusdem uillae pau-
peres homines singulis annis in annonam de-

15 portando fatigare. **De falchenham.**
(I)nter caetera beneficia ipsius archiepiscopi, falchen-
ham quoque sicut supra diximus ab iniusta
extorsit baiocensis episcopi potestate, partim
auxilio magni regis uillelmi, pro qua re
20 radulfus cadomensis monachus eius tunc
existens capellanus ad regem ipsum pro ipso auxi-
lio in normanniam fuit transmissus, par-
tim pactione pecuniae uidelicet lx. libra-
rum quas archiepiscopus (regi) illi promisit se datu-

24 (regi) *over erasure*

173r

rum, unde xxx. libras accepit, xxx. ei condo-
nauit, tandem litteris regis quas secum
radulfus episcopo detulit, ac pecunia promissa
adeptus est archiepiscopus ipsum manerium, statim
5 illud constituens ad uictum monachorum xv.
reddens firmam dierum.

**(Quomodo Willelmus rex filius Willelmi regis,
rogatu Lanfranci archiepiscopi concessit
et confirmauit rofensi aecclesiae sancti ANDREAE
10 apostoli ad uictum monachorum manerium nomine
hedenham, quare Gundulfus episcopus castrum
rofense lapideum totum de suo pro-
prio regis construxit.)**

(A)liud quoque beatae memoriae gundulfus
15 episcopus non minus memorabile illis contu-
lit beneficium, sed omni potius omnibus seculis uentu-
ris dignum ueneratione. () Castrum etenim
quod situm est in pulchriori parte ciuitatis
hroueestrae pro regia concessione illius doni quod
20 sepedictus archiepiscopus praedictae aecclesiae ad uictum
monachorum disposuerat dare manerium ui-
delicet quod situm est in comitatu de bucin-
geham nomine hede(n)ham, (n)on enim aliter ut
raturum permaneret ipsi aecclesiae illud absque regis

6–13 *erasure*

173v

concessione potuit dare, quia pater regis illud
dederat archiepiscopo **(in uita sua)** tantum ut sul-
limatus fuit in archiepiscopio. Vnde uuil-
lmo filio eius ipsum patrem succedente in re-
5 gno ab archiepiscopo et episcopo de eiusdem manerii
concessione requisitus, respondit centum libras
denariorum habere se uelle pro ipsa concessione.
Quod postquam archiepiscopus et episcopus simul audie-
runt, consternati ualde pariter responde-

10 runt, illam tantam pecuniam neque tunc in promptu
sese habere, nec etiam unde eam acquirere
potuissent sese scire. Duobus autem amicis utri-
trique parte fauentibus, Rodberto uidelicet fi-
lio haimonis, et henrico comite de uuar-
15 uuic, hinc regium honorem et integram eius ob-
seruantibus uoluntatem, hinc uero amicitiae
fauorem et pro dei amore aecclesiae praedictae mag-
nificum ac profuturum honorem, regi consulu-
erunt quatinus pro pecunia quam pro concessione
20 manerii exigebat, episcopus gundulfus quia in
opere cementarii plurimum sciens et efficax
erat, castrum sibi hrofense lapideum de suo
construeret. Quod ubi archiepiscopo et episcopo in-
notuit, tunc proculdubio magis consternati

174r

dixerunt, et regiae concessionem ex toto se(se) abnu-
ere, etiam et ipsum manerium in profundo maris
potius situm iri malle, quam praedictam aecclesiam
sancti andreae futuris temporibus regiis exacti-
5 onibus mancipari debere. Nam quotienscunque
quilibet ex infortunio aliquo casu in castro
illo contingeret aut infractione muri, aut
fissura maceriei, id protinus ab episcopo uel aecclesia
exigeretur usu reficiendum assiduo. Sicque episcopus
10 et aecclesia futuri seculi temporibus omnibus summa
distractione regiae summitteretur exactioni.
Isto itaque metu perterritus uterque, absit hoc a me
inquit archiepiscopus, absit quoque a me inquit et episcopus.
Responsum hoc (audiens) comes henricus, quasi modestae
15 stimulis irae commotus honestatis dans concito
fremitus, inquit, Hactenus mea aestimatione
ratus sum archiepiscopum lanfrancum unum ex uiris
uniuersi orbis extitisse sapientissimis, nunc
autem nec insipientem quod absit esse dico, neque illa
20 quidem qua dudum sapientia callebat in presentiar(um) uigere
(ull)atenus asserere audeo. Quid enim grauedinis
inquit in hoc est, castrum ad ultimum maius
pro xl. libr(i)s ad uoluntatem regis facere, fa-
ctum uero comiti uel uicecomiti comitatus seu aliis

174v

etiam quibus regi placuerit monstrare, mon-
stratum et ex omni parte integrum liberare, se-
mel uero liberato sese penitus expedire, nec unquam
ulterius inde se intromittere, nec etiam eo
5 respicere? Ad hoc, regem () aduersus episcopum
uel aecclesiam futurae seruitutis occasionem nul-
latenus quaerere, immo potius eos ab omni ser-
uitute liberare, atque sicut regem decebat
pro dei timore et seculi honore in summa libertate
10 eos conseruare uelle. His ergo et aliis nonnullis
huiusmodi rationibus, tandem acquieuit
archiepiscopus. Igitur hoc pacto coram (rege) inito, fecit
castrum gundulfus episcopus de suo ex integro
totum, costamine ut reor lx. librarum. Quod
15 quam diu in seculo subsistere poterit, pro gun-

dulfo episcopo manifesto indicio quasi loquens erit, aeternum quidem illi ferens testimonium quod manerium hede(n)ham aecclesiae et monachis sancti andreae ab omni exactione et calumniis regis et omnium hominum permanebit liberrimum et quietissimum in secula seculorum.

Concessio uuillelmi magni regis.

175r

(V)uillelmus dei gratia rex anglorum, haimoni dapifero et omnibus suis teignis in episcopatu rofensi salutem. Mando et praecipio, ut eas consuetudines quas aecclesia sancti andreae rofensis ciuitatis habuit in terris uestris seu in annona, seu in porcis, uel aliis rebus tempore eduuardi regis, habeat, et uos exoluatis. **De conuentione inter gundulfum et gislebertum.** (H)aec est conuentio quae facta est cantuariiae in presentia domni archiepiscopi lanfranci, atque eo precipiente scripta, inter gundulfum episcopum, et gislebertum de tunebrigge. Iudicio ipsius domni archiepiscopi debet gislebertus unoquoque anno dare l. solidos domno episcopo gundulfo pro terra sancti andreae quam ipse gislebertus habet, quoadusque dabit ei tantum de alia terra sua unde habeat per singulos annos l. solidos, uel ualens. Testante eodem archiepiscopo lanfranco, et episcopo Willelmo de dunhelma, et abbate Gisleberto westmonasterii, et abbate paulo sancti albani, et haimone uicecomite de cantorberia, et bertranno de uirduno, et maxima parte de familia ipsius domni archiepiscopi. **De contentione inter gundulfum et pichot.**

175v

(T)empore uuillelmi regis anglorum magni, patris uuillelmi regis eiusdem gentis, fuit quaedam contentio inter gundulfum hrofensem episcopum et pichot uicecomitem de grendebrugge, pro quadam terra quae erat de frachenham et iacebat in giselham, quam quidam regis seruiens olchete nomine, uicecomite dante praesumpserat occupare. Hanc enim uicecomes regis esse terram dicebat, sed episcopus eandem beati andreae potius esse affirmabat. Qua re, ante regem uenerunt. Rex uero praecepit ut omnes illius comitatus homines congregarentur, et eorum iudicio cuius terra deberet rectius esse probaretur. Illi autem congregati, terram illam regis esse potius quam beati andreae, timore uicecomitis affirmauerunt. Sed cum eis baiocensis episcopus qui placito illi praerant non bene crederet, praecepit ut si uerum esse quod dicebant scirent, ex se ipsis duodecim eligerent, qui quod omnes dixerant iureiurando confirmarent. Illi autem cum ad consilium secessissent, et inibi a uicecomite per in-

ternuntium conterriti fuissent, reuertentes
uerum esse quod dixerant iurauerunt. Hi
autem fuerunt, Eaduardus de cipenham,

176r

heruldus et leofuine saca de exninge, eadric
de giselham, wfuine de landuade, ordmer
de berlingeham, et alii sex de melioribus comi-
tatus. Quo facto, terra in manu regis reman-
5 sit. Eodem uero anno monachus quidam GRIM
nomine quasi a domino missus ad episcopum uenit.
Qui cum audiret hoc quod illi iurauerant,
nimium admirans et eos detestans omnes esse
periuros affirmauit. Ipse enim monachus diu
10 prepositus de frachenham extiterat, et ex eadem
terra seruitia et costumata ut de aliis terris
de frachenham suscepit, et unum ex eisdem qui
iurauerant in eodem manerio sub se habuerat.
Quod postquam episcopus hrofensis audiuit, ad episcopum
15 baiocensem uenit, et monachi uerba per ordi-
nem narrauit. Quae ut episcopus audiuit, mona-
chum ad se uenire fecit, et ab ipso illa eadem
didicit. Post haec uero unum ex illis qui iuraue-
rant ad se fecit uenire, qui statim ad eius
20 pedes procidens confessus est se periurum esse.
Hinc autem cum illum qui prius iurauerat
ad se uenire fecisset, requisitus se periurum esse
similiter confessus est. Denique mandauit
uicecomiti ut reliquos obuam sibi londoniam

176v

mitteret, et alios duodecim de melioribus eiusdem
comitatus, qui quod illi iurauerant, uerum esse
confirmauerant. Illuc quoque fecit uenire
multos ex melioribus totius angliae b(a)ronibus.
5 Quibus omnibus londoniae congregatis, iudicatum est
tam a francis quam ab anglis illos omnes periuros
esse, quandoquidem ille post quem alii iurauerant,
se periurum esse fatebatur. Quibus tali iudicio
condemnatis, episcopus hrofensis terram suam ut
10 iustum erat habuit. Alii autem duodecim
cum uellent affirmare iis qui iurauerant
se non consensisse, baiocensis episcopus dixit, ut hoc
ipsum iudicio ferri probarent. Quod quia se fa-
cturos promiserunt, et facere non potuerunt,
15 cum alii sui comitatus hominibus trecentas libras
regi dederunt.

.
. .
. .
20 . .
. .
. .
. .
. .

177r

<four inserted leaves>

(A)nno ab incarnatione domini sexcentesi-

mo, Rex Æthelbertus fundauit eccle-
siam sancti andree apostoli rofi, et dedit ei, Preste-
feld, et omnem terram que est a meduwaie usque
5 ad orientalem portam ciuitatis in australi parte
et alias terras extra murum ciuitatis uersus
partem aquilonalem.
Anno ab incarnatione domini septingesimo xxx.o viii.o
Eadbertus Rex cantie dedit ecclesie sancti andree
10 Stokes. Anno ab incarnatione domini septin-
gentesimo lxiiii.o Offa rex mertiorum et Sige-
redus rex cantie dederunt Frenesberiam,
Eselingham, et Wicham. Item rex offa, et
Ecbertus dederunt bromheie. Item rex offa
15 dedit Trottescliue. Kenulfus
rex mertiorum dedit Borchstalle.
Anno ab incarnatione domini, Octingensimo xxxviii.o
Ecbertus Rex Westsaxonum et cantuariorum
dedit ecclesiæ sancti andree magnas libertates
20 et ista maneria, Hallinges, et Snodilande.
Æthelwlfus rex filius Egberti regis, dedit
Cuckelestane, et holenberghe.
Eadmundus rex anglorum dedit Mallinges.
Quidam prepotens (homo) nomine Brichricus cum

177v

uxore sua Eifswitha dederunt, Danituna,
et langefeld, falchenham et darente, quod
manerium quomodo ad archiepiscopatum
peruenerit, ignoratur. Eadgarus rex
5 anglorum dedit Bromlega. Æthelredus
rex anglorum dedit Wldeham, et litlebroc
Stantune, et Hiltune, scilicet xv. mansas ter-
rarum. Willelmus primus rex anglorum
reddidit has terras Roffensi ecclesi(e) a principibus
10 iniuste ablatas, Stokes uidelicet et Denintu-
na, et Falcheham. Preterea inter cetera (magna
bona) que eidem ecclesie in uita sua fecit,
imminente articulo mortis sue, centum
libras ei dedit, et tunicam propriam regalem,
15 et cornu eburneum, et alia plura ornamen-
ta. Willelmus Rex filius eius, dedit lam-
theham et hedenham ad uictum monachorum,
qui quidem concessit libertates quas ecclesia
Roffensis hucusque obtinuit, et sua carta con-
20 firmauit() omnium predictorum dona. No-
bilissimus Rex henricus multa bona contu-
lit, scilicet ecclesias de boxle, de Eillesford,
derenteford, Suttune, cum capellis de Wil-
mintune et de Kingesdune. Item ecclesias de

11–12 bona magna *marked for transposition*

178r

chiselherste, et de wlewich. Item decimas
de strodes, et de chealkes, et alia multa.

.
.
5 .

.
. .
. .
. .
10 .
. .
. .
. .
15 .
. .
. .
. .
20 .
. .
. .
. .

178v

.
. .
. .
. .
5 .
. .
. .
. .
10 .
. .
. .
. .
15 .
. .
. .
. .
20 .
. .
. .
. .

179r

De ecclesia de Norhfleta.

(A)nselmus gratia dei archiepiscopus cantuarie, Haimoni uice-
comiti, et omnibus baronibus regis franci(g)enis et anglis
de comitatu de chent, Salutem. Sciatis quod ego concedo ec-
5 clesie sancti Andree et episcopo Gundulfo de roucestria omnes
illas consuetudines et leges, quas habuit de ante-
cessore meo, Lanfranco archiepiscopo, in scoto, et in
opere castri, et in ponte, et omnia iura episcopalia, illi
pertinentia, in maneriis nostris, et clericis, et laicis
10 sui episcopatus, sicut unquam melius uel honorabi-
lius habuit ea. Et monachis eiusdem ecclesie do de

meo dominico ecclesiam de northfl(i)ete, et quicquid
ad eam pertinet, in terris et in decimis, et in oblati-
onibus, et in omnibus aliis rebus. Et de piscaria de
15 gillingeham unde monachi solebant dare xl. solidos
per annum antecessori meo, perdono eisdem mona-
chis xxxv. solidos ut habeant eos ad uictum eorum
Et eidem supradicto episcopo G. concedo quandam
terram ualentem xx. solidos per annum in nostro dominico
20 manerio de heisa, quod est in middelsexa. Testibus,
Ernulfo priore, Ioseph, Eadmero mo cantuar',
Baldeuino de tornac' mo becc', Willelmo archidiacono
cantuar', Aschetillo ro(f)fensi archidiacono, Willelmo de
emesford', Godefrido de falchenham.

21, 22 mo *meaning 'monk' or 'monks'*

179v

(R)adulfus archiepiscopus Cantuar', omnibus christi fidelibus
salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quam fut-
ris, quod ego concedo et confirmo donationem uenerabilis
patris anselmi quam fecit monachis sancti andree
5 de Rouecestra de ecclesia de Nortdfliætæ, et omnibus
ad eam pertinentibus, in terris, in decimis, in oblati-
onibus, et in omnibus aliis rebus. Et (de) meo dominico do eis
unam acram terrae in mea propria cultura in campo qui dicitur Gud-
leffeld ad edificandas domos sibi et suo capellano ad
10 opus supradictae ecclesiae, et totam decimam de meo domini-
co, et omnes decimas omnium uillanorum qui habent terram in du-
ne, necnon et aliorum omnium quorum decimae meo temporae
adquisitae sunt, uel quocumque temporae adquirentur. Concessi etiam
eis inperpetuum v. solidos qui michi debebantur singulis an-
15 nis pro piscatoria quae uocatur Niwe were, quae est
in territorio de Grean. Testibus domno Ærnulfo
Rofensi episcopo, Iohanne, Cantuar' archidiacono, Herwiso ar-
chidiacono Rofensi(), Ioseph, Aedmero mo Cant', Rodber-
to mo sagiensi, Siluestro, Hugo, mo Roff', Ansfrido
20 capellano, Ansfrido dapifero, Rodberto filio Radulfi
cleric' (), et multis aliis de familia nostra, et domni Ær-
nulfi episcopi.

(W)illelmus gratia dei cantuariensis archiepiscopus,
et sedis apostolice legatus, omnibus christi fideli-

8 propria *wanting a 'p'* 18–19 mo *meaning 'monk' or 'monks'*

180r

bus salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse mo-
nachis ecclesiae sancti andreae de rouecestra inperpetuum
ecclesiam de Northfliete et quicquid ad eam perti-
net, sicut uenerabilis pater anselmus dedit eis
5 et () carta sua confirmauit, et successor eiis
Radulfus predecessor noster. Aecclesiam quoque de boxle cum
omnibus beneficiis ad eam pertinentibus, quam hen-
ricus rex in dedicatione praedictae rofensis ec-
clesiae in dotem dedit, et iohannes eiisdem ecclesiae
10 episcopus eisdem monachis concessit et dedit. Cum
omnibus possessionibus, et beneficiis, et consuetudi-
nibus, et libertatibus, illis hactenus rationabiliter in-
dultis, autoritate officii quo fungimur ipsis
confirmamus, et praesentis scripti testimonio com-

- 15 munimus. Siquis igitur contra donationes, et confirmati-
ones tantorum patrum, et nostram aliquando uenire
temptauerit, sit separatus in praesenti a commu-
nitione sancte ecclesiae christi, et in futuro a societate
sanctorum omnium nisi ad satisfactionem uenerit.
- 20 Testimonio herewisi archidiaconi cantuariensis, Gaufridi
prioris, Eadmeri, monac' cant', Fulconis, prioris
de cic, Ricardi archidiaconi de Norwic, Willelmi
uicecomitis, Ansfridi dapiferi, Haim()oe(') filio
uitalis, et aliorum multorum.

180v

- .
. .
. .
5 .
. .
. .
10 .
. .
. .
15 .
. .
. .
20 .
. .
. .
. .

181r

<one leaf replaced>

- .
(W)illelmus rex anglorum, Walterio
uicecomiti, et omnibus baronibus
suis francigenis et anglis de comitatu de
5 gloecestre, salutem. Sciatis me dedis-
se aecclesiae sancti andreae de rouecestre et
episcopo gundulfo manerium estuna,
quod fuit godae comitissae, et quicquid
ad illud pertinet ita solidum et (quietum
10 et liberum), sicut ipsa comitissa habuit
illud unquam melius, et sicut ego ipse
etiam illud habui in meo dominico cum
omnibus consuetudinibus quae anglice
nominantur, soca, et saca, toln, et team,
15 et infangene theof, et hoc facio pro ani-
ma patris mei, et matris meae, et pro a-
nima mea. Testimonio Walcelini episcopi
wintoniensis, et Rodberti episcopi lincolien-
20 capellani, et eudonis dapiferi, et Roge-

rii bigot, et hugonis de euermou.

.
. .

9–10 liberum et quietum *marked for transposition*

181v

De aecclesia de tarenteford.

(W)illelmus dei gratia rex anglorum,
fidelibus suis francis et anglis salutem.
Sciatis me concessisse eam donationem
5 quam haimo dapifer meus fecit aecclesiae
sancti andreae rofensis ciuitatis de aecclesia quae
est in tarenteford manerio meo, et filii
ipsius haimonis, Rodbertus, et haimo,
me praesente concesserunt eandem patris
10 sui donationem. Testes, Rodbertus
comes mellen () Rodbertus comes
de moritolio, et alii multi.

De northfleota aecclesia, et de piscaria.

15 (A)NSELMVS dei dispositione archi-
episcopus cantuariae, hamoni uicecomiti,
et, et toti hundret de tolcetreu, et to-
ti hundret in quo est gillingeham, et omnibus
fidelibus christianis, salutem et benedictionem. Notum
20 sit uobis omnibus quod ego Anselmus gratia dei
archiepiscopus cantuariensis, concedo congrega-
tioni monachorum que () in aecclesia rofensi deo
seruit et in praesenti tempore et in futuro, aecclesiam
de northflete, cum omnibus pertinentibus ad ean-

182r

dem aecclesia, in terris, et in decimis, et in oblati-
onibus, et in omnibus aliis rebus. Et remitto
de censu piscariae, qui census uulgo ferma dicitur,
quicquid additum est super antiquum censum a praeposi-
5 tis de gillingeham, ad quod manerium pertinet
eadem piscaria quae est in mari. Erat autem
praedictus census olim, quinque solidi denariorum
tantum. Hanc summam constituo ut nullus suc-
cessorum nostrorum uel praepositorum eiusdem manerii in fu-
10 turo transeat, nec plus aliquid a praedictis mo-
nachis pro eadem piscaria per singulos annos quan-
tumcunque ipsa piscaria proficiat unquam requirat.
Et hanc paruam largitionem facio pro animabus
eorum qui me in archiepiscopali sede cantuariae
15 praecesserunt, et eorum qui successuri sunt,
quatinus ipsi hanc ipsam concessionem inuiola-
bilem et ab omnium maliuolorum hominum concus-
sione quietam conseruent, insuper et pro anima
mea si deus sua gratia michi aliquam partem in
20 hac ipsa elemosina concedere dignatur.

VALETE. **De Waletuna.**

(W)ILLELMVS rex anglorum, episcopo de
suthfulca, et uicecomiti, et aliis
baronibus suis francigenis et anglis,

salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse donum Rogerii bigot quod dedit aecclesiae sancti andreae de rouecestra, scilicet aecclesiam sancti felicis de waletuna, cum decimis et omnibus aliis rebus quae ad illam pertinent, testimonio eudonis dapiferi, apud wentoniam.

De rethrauelda.

(W)illelmus rex anglorum, episcopo de suthsexa, et uicecomiti, et caeteris baronibus suis francigenis et anglis, salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse donum Gisleberti de tonebrige quod dedit aecclesiae sancti andreae de rouecestra, scilicet aecclesiam de rethrauelda, et quicquid ad illam pertinet, siue in decimis, siue in uenationibus, uel in aliis quibuslibet rebus, testimonio Rogeri bigot, et haimonis uicecomitis, apud uuentoniam.

:

:

20 :

**((R)ODBERTUS
latimier imminente articulo
mortis suae, dedit aecclesiae
Sancti ANDREAE et monachis)**

18–24 *erasure*

() illic deo seruientibus unum mariscum infra insulam de grean pro anima sua in perpetuum. Quod donum concessit libenter archiepiscopus anselmus, de quo tenuit illum.

5 Et monachi habent inde singulis annis, xxx.ta solid(os.)

(Æ)gelnothus quidam probus homo regis de hou, similiter dedit aecclesiae sancti andreae et monachis unum mariscum in eadem insula pro filio suo quodam quem fecit monachum ibi. De quo marisco habent monachi xv. solidos unoquoque anno. Et hoc donum quoque concessit anselmus archiepiscopus.

(O)sbernus de b(i)liceham accepit societatem monachorum aecclesiae sancti andreae, et ideo concessit eis decimam de geddinge terram suam aeternaliter, de qua habent (per) singulos annos duodecim solidos monachi.

(L)yafrun quae fuit uxor syuuardi de hou dedit aecclesiae sancti andreae et monachis ibidem deo seruientibus post mortem ipsius uiri sui syuuardi unum mariscum infra insulam de grean pro anima sua, et pro anima ipsius syuuardi mariti sui aeternaliter possidendum, et hoc donum fecit

1, 6 *erasures*

in tempore Gundulfi episcopi. Post mortem uero ipsius

episcopi, quidam uulfuardus cognomine hen-
ricus de hou calumniatus est ipsum mariscum
dicens suum esse debere, per consanguinitatis pa-
5 rentelam. Sed infra calumniam illam infirmatus
est ad mortem, unde requirens monachiles
pannos a monachis sancti andreae, et quia
impetrauit quod petiit, calumniam illam
pro amore dei et redemptione animae suae
10 dimisit, et ipsum mariscum aecclesiae sancti andreae
et monachis eius omnino quietum clamauit
in secula seculorum. De quo singulis annis ha-
bent monachi inde, quadraginta solidos.
(W)lffuardus de hou
15 cognomine henricus accepit societatem mo-
nachorum aecclesiae sancti andreae, pro qua dedit eis to-
tam decimam suam de cobbeham. Postea uero alia uice
decimam suam de hou dimidiam concessit eis,
et terciam parte suae substantiae post mortem
20 suam. Quod uxor illius et filius suus Rodbertus, et fratres
sui, hereuardus uidelicet et siuardus et ead-
uardus, libentissime concesserunt.
(E)admær de tarente dedit monachis aecclesiae sancti
andreae dimidiam decimam suam de clæidune,

184r

pro filio suo quem fecerunt monachum.
(A)rnulfus de cilesfelda dedit
episcopo gundulfo et monachis sancti andreae
rofae totam medietatem totius decimae suae de ciles-
5 felda, annonam scilicet et agnos, et porcellos,
et caseos, et uitulos, et pullos si ibi sunt equa-
rum, et unum uillicanum cum quinque acris terrae,
pro anima patris sui et matris suae, et pro se ipso.
Et episcopus et monachi susceperunt ipsum arnulfum
10 cum uxore sua et homines suos quos et quot
uolebat in fraternitatem et in societatem totius be-
neficii ipsius aecclesiae, et super (hoc) fecerunt unum an-
nuale missarum pro defunctis patre et matre.
Et isti sunt testes huius rei, Anscetillus archidi-
15 aconus, Radulfus prior cadomi, Hunfridus mona-
chus, Radulfus clericus, Simon dapifer episcopi,
Atheloldus frater eius, Wido biset, Haimfridus dapi-
fer arnulfi, et alii multi.
(N)otandum quod de constitutione capituli Roffensis prouisum est
20 quod quicquid percipit episcopus tam in uestiariis quam in calciariis
per manum camerarii, et quicquid percipit in cereis et exeniis et
consuetis per manum sacriste, de prouentibus ecclesie de norfl' recipit.
(D)e terra eudonis dapiferi de bugeleia so-
lebat habere anscentillus archidiachonus)

19–24 erasure

184v

cantuarberiae decimam, de langleia decimam de
caseis et de porcis, de suttune de caseis et de be-
stiis, de le(l)eburna de caseis et de bestiis, de read-
lega de caseis et de bestiis, de culinga et de mere-
5 lea () de omnibus rebus.

(E)udo dapifer regis dedit sancto andreae omnes
illas decimas quas adam frater suus quondam
dederat anschetillo archidiacono cantuar-
beriae, et quas idem anschetillus postea concessit
10 sancto andreae.

(R)odulfus pincerna eudonis dedit (monachis sancti andreae)
quandam decimam suam (de culingis) ualentem v.
solidos per annum pro anima patris et matris.

(R)odbertus de hede(n)ham omnem suam decimam
15 de hede(n)ham dedit sancto andreae.

(R)odbertus de langeleia cum uxore sua habet so-
cietatem nostram, et dedit nobis suam decimam
de langeleia, et quando obierint sepeliemus eos,
et habebimus partem suae substantiae quantum un-
20 cuique pertinet.

(A)deloldus frater Balduini nostri monachi, dedit
nobis omnem suam decimam, etiam de mobili pe-
cunia, et quando de hac uita migrauerit,
omnem suam partem totius pecuniae suae, et praeter

11–12 sancti andreae monachis *marked for transposition*

185r

hoc suos equos et sua arma, et concessimus ei
fraternitatem et societatem nostri monasterii.

(H)ugo de port habet nostram societatem, et de-
5 dit nobis concedentibus filiis suis unoquoque
anno xx. solidos ad pascha uidelicet pro deci-
ma de suo manerio quod uocatur ærtheta, et
hanc donationem posuit super altare sancti an-
dreae ipse et uxor eius et filii eius per cultellum
10 suum.

(R)odbertus de sancto amando accepit societatem
nostram et dedit sancto andreae medietatem deci-
mae suae de hescendena. Postea dedit nobis
aliam medietatem cum aeclesia quae ibi est pro filio suo
15 quem fecimus monachum.

(G)eroldus homo haimonis uicecomitis con-
cedente eodem haimone dedit nobis quandam
decimam quae ualet per annum xx. solidos pro filio
suo quem fecimus monachum.

(V)ulmerus homo arnulfi de hesdinc con-
silio adeloldi fratris balduini nostri monachi
accepit nostram societatem et dedit nobis suam
decimam, quae ualet per annum decem solidos.

**(Rodbertus de borstealle omnem
25 suam decimam de terra sua concessit sancto andreae, aeternaliter.)**

185v

(R)annulfus filius uualterii concessit sancto an-
dreae suam decimam de sesmundeham quae uno-
quoque anno ualebit nobis octo millarios
de harenc et hos harengos faciet nobis ha-
5 bere radulfus del bosc, testes radus filius
uuellelmi, et rauennarius et radus picot,
et ælmerus monachus cantuariae.

(H)aec est conuentio

quam haimo filius uitalis fecit uersus gun-
10 dulfum episcopum de rouecestra, quod ipse haimo
dedit episcopo et monachis aecclesiam de sturmu-
tha et suam dominicam decimam totam cum omnibus
consuetudinibus quae ad eandem aecclesiam per-
tinent, et iiii.or acros terrae qui in aecclesia sunt,
15 et in eodem manerio pasturam ad centum
oues. Et hoc fecit pro anima patris sui et
matris suae et pro sua, et propter hoc quod quendam
fratrem suum fecit monachum in aecclesia sancti an-
dreae. Et haec ipsa conuentio fuit facta coram
20 anselmo archiepiscopo, ita quod ipsemet affuit,
et ita fieri concessit. Et isti sunt testes
qui affuerunt, Baldeuinus monachus,
Wido monachus, Ansfridus clericus, Ra-
dulfus camerarius, Iuo de mala uilla, et **(alii**
plures de familia archi episcopi, et Willelmus de etesham.)

186r

(R)adulfus malesmæins accepit societatem
monachorum aecclesiae sancti andreae, et ideo con-
cessit eis suam decimam de stoches. Post mor-
tem uero ipsius, Rodbertus malesmæins filius suus
5 pro salute animae suae, et pro animabus patris et
matris hoc concessit imperpetuum.

(W)illelmus de cloeuilla dedit aeternaliter **(duas**
partes decime de acle) monachis sancti andreae ro-
fensis aecclesiae pro filio suo quem ibi fecerunt
10 monachum. Et hoc Gosfridus talebot dominus su-
us concessit.

(G)odefridus de scræmbroce et uxor eius
acceperunt societatem monachorum aecclesiae sancti
andreae, et ideo dederunt illis monachis suam
15 dominicam decimam aeternaliter.

(D)e Wicham terra sancti andreae quam episcopus
Gundulfus dedit goisfrido talebot,
retinuit idem episcopus omnem decimam omnium
rerum ad opus monachorum suorum, quam et
20 dedit illis aeternaliter possidendam.

(G)otcelinus de hænherste accepit societa-
tem monachorum sancti andreae rofensis aecclesiae,
et ideo dedit eis suam dimidiam decimam de
terra sua illic, et totam decimam suam de terra

7–8 erasure

186v

sua in freondesberia. **Donatio henrici regis.**

(H)enricus rex anglorum, Anselmo archiepiscopo,
et haimoni dapifero, et omnibus baronibus
suis francigenis et anglis de cænt, salutem.
5 Sciatis me dedisse aecclesiae sancti andreae, et episcopo
Gundulfo de rouecestra aecclesiam de eilesfor-
da cum terra et decima et omnibus aliis rebus
quae ad illam pertinent. Similiter aecclesiam de
suthtuna cum tota decima in annona, et be-
10 stiis, et pasnagio, et molendinis, et in omnibus
aliis rebus. Et aecclesiam de Wleuic cum tota

decima. Et dimidiam decimam meam de tarente-
forda in annona tantum, et totam decimam
meam de estrotis, et totam decimam meam de
15 cealces. Et hoc facio pro anima patris mei
et matris meae, et pro anima mea et uxoris meae.
Testibus, eudone dapifero et haimone dapifero apud rouecestram.

Item de eodem.

(H)enricus rex anglorum, Anselmo archi-
20 episcopo, et haimoni dapifero, et omnibus ba-
ronibus francis, et anglis de chent, salutem.
Sciatis me dedisse sancto andreae de rouecestra,
et Gundulfo episcopo et monachis eiusdem loci
aecclesias de tarentford, et de Ailesfort, et omnes

187r

aecclesias ipsis aecclesiis subiacentes, et omnes de-
cimas uillarum illarum in quibus sunt predictae
aecclesiae, in annona, in pasnagio, in pecunia
et in omnibus aliis rebus sicut sanctus augustinus me-
5 lius habuit in tempore patris mei aecclesiam de
mildeltona cum decimis eiusdem uillae. Et decimam
balenarum quae captae fuerint in episcopatu rofensi,
similiter concedo predicto sancto, et uolo et firmiter
precipio, ut predictus sanctus, et episcopus, et monachi, ipsas
10 aecclesias cum decimis sicut predixi teneant fir-
miter et perhenniter, ita quod a nullo eis fiat inde
iniuria. Testibus, Rotberto episcopo lincoliae, et Willelmo gifar-
do cancellario, et eudone dapifero, et haimone dapifero, et Willelmo
de a(s)bineio, et Willelmo peurel de दौरा, apud,
15 Rouecestram. In festo sancti Gregorii.

De niuue uuere.

(H)enricus rex anglorum, Haimoni dapifero,
et Hugoni de boch', salutem. Prohibeo ne pesca-
tores pescant in tamisia ante piscaturam (
20) de rouecestra de niuuera. Et si ul-
terius inueniuntur piscantes, sint michi forisfac-
ti. Teste Waldrico cancellario, apud Westmoster.

De litle uuroteham.

(H)enricus rex anglorum, Anselmo archiepiscopo,

19–20 *erasure*

187v

et haimoni uicecomiti, et omnibus baronibus suis
francigenis et anglis de chent, salutem. Sciatis
me concessisse donum illud quod gausfridus
talebote dedit aecclesiae Sancti Andreae et episcopo Gun-
5 dulfo de rouecestra pro anima sua, scilicet me-
dietetatem parui broteham. Testibus, anselmo archiepiscopo,
et Roberto episcopo lincoliae, et (comite Roberto) de mel-
lent, et Roberto filio haimonis.

De feria sancti paulini.

10 (H)enricus rex anglorum, Anselmo archiepiscopo,
et haimoni uicecomiti, et omnibus hominibus de cænt,
et omnibus baronibus suis totius angliae, salutem. Scia-
tis me dedisse et concessisse aecclesiae sancti andreae
apostoli, et sancti paulini confessoris, et episcopo Gundulfo
15 et monachis eiusdem aecclesiae, unam feriam omni

anno celebrandam duobus integris diebus in ciuitate rouecestria, id est ipsa die festiuitatis sancti paulini, et priori die ante ipsam festiuitatem, et totum theloneum quod inde eueniet
20 quietum cum omnibus consuetudinibus feriae tam extra ciuitatem quam infra, in honorem praedictae aeccliesiae et ipsorum sanctorum. Testibus, Willelmo de Wereluuast, et eudone dapifero, et haimone dapifero, et Willelmo peurel, et haimone peurel. **De ælham.**

7 Roberto comite *marked for transposition*

188r

(E)go Willelmus de albinneio pincerna regis concedo deo et sancto andreae de rouecestria, et monachis eiusdem loci, totam meam decimam de uilla mea quae uocatur ælham in omnibus rebus, scilicet de bleio,
5 et de pasnagio, et de molendinis, et de pecudibus, et de lana et de caseis, et unam carrucam de terra in achestede, et unum boscum quod uocatur acholte, quae duo
10 iacent in ælham, et medietatem decimae de biseuuitone in omnibus rebus, pro anima domini mei Willelmi regis, et henrici regis, atque pro anima mea, et patris mei et matris meae, et uxoris meae, et fratris
15 mei nigelli, et nepotis mei hunfridi, et aliorum parentum meorum uiuorum atque mortuorum. Testibus militibus meis Nigello del wast, Ansfredo capellano, Radulfo de chieresburh, Ricardo caneleu,
20 Ansgoto camerario, Rogero de ælham, Radulfo clerico episcop(i) Gundulfi, et ansfredo dapifero eius. **Item de ælham.**

(H)enricus rex anglorum, Anselmo archiepiscopo, et haimoni dapifero, et

188v

(omnibus) baronibus suis et fidelibus de chent, salutem. Sciatis me concessisse aeccliesiae de rouecestria et sancto andreae, terras illas, et decimas, et boscum quod Willelmus de albini dedit eis. Et uolo ut
5 honorifice teneant, scilicet, decimam de alham de dominio suo, et terram i. carruc', et boscum quod Robertus filius Watsonis tenuit de Willelmo predicto, et medietatem decime de bisuitona de dominio suo. T' Rogero episcopo et
10 cancellario, apud Wintoniam.

(R)ogerus de ælham accepit societatem monachorum aeccliesiae sancti andreae, et ideo dedit eis dimidiam decimam de terra sua in ælham de omni re.

15 (E)aldulf de scærlesfelda accepit societatem illorum, et dedit eis dimidiam decimam de terra sua in ælham de omni re, et dimidiam decimam de terra sua in limmingis similiter de omni re.

20 (L)eofuine scone de bere, accepit similiter societatem monachorum aecclesiae sancti andreae, et concessit illis dimidiam decimam de terra sua in omnibus rebus.

(B)aldeuinus on oferlande dedit similiter

189r

dimidiam decimam suam de terra sua in omnibus rebus pro societate illorum.

(E)aduuord on oferlande dimidiam decimam suam dedit illis de terra sua de omni re pro societate illorum.

5 (B)lakeman of flotbeame, similiter dimidiam decimam suam dedit illis de omni re pro societate illorum de terra sua.

(L)eofuine on acstede dimidiam decimam suam dedit illis de terra sua de omnibus rebus pro societate illorum.

(V)ulfricus se mangere pro societate illorum dedit eis similiter dimidiam decimam suam de terra sua in omnibus rebus.

15 (R)ainaldus de boeuuike pro societate illorum quam accepit dedit eis dimidiam decimam de terra sua quam tenebat de terra hunfredi dispensatoris Willelmi de albini.

(R)adulfus de chieresburh, dapifer Willelmi de albini, pro societate illorum, unicuique anno promisit se daturum quingentas anguillas.

(H)erbertus de gatindene pro societate illorum quam accepit dedit eis totam decimam suam, aut quadra-

189v

ginta denarios, aut ualentem in anguillis.

Isti omnes homines Willelmi de albini, scilicet Rog', Eald', Leofuuin', Bald', Eadword, Blakem', Leofuuin', Wlfr', Rain', Rad', Herb', supradictas donationes aeternaliter concesserunt monachis aecclesiae sancti andreae, concedente et confirmante eodem Willelmo de albinneo domino suo.

(V)lgerius nepos geroldi patris turstini nostri monachi dedit nobis suam decimam de (omni) terra sua pro societate nostra quam tunc habebat, et promisit si plus acquireret terrae similiter se daturum omni tempore.

(G)osfridus de ros dedit aeternaliter decimam suam de ealdeham monachis sancti andreae pro anima uxoris suae, quae terra pertinet ad uuroteham, et ipsi monachi facient anniuersarium illius uxoris singulis annis.

(G)undulfus de rofecestra frater grentonis praepositi eiusdem uillae, in articulo mortis suae dedit monachis sancti andreae mansam suam pro anima sua aeternaliter. Pro quo beneficio, ipsi monachi facient illius anniuersarium singulis annis. **(que reddit)**

(W)illelmus filius willelmi de horsburdenne
dedit aeternaliter decimam suam de cranke-
berga monachis sancti andreae pro anima uxoris suae,
quae terra pertinet ad mæruurtham, et ipsi monachi
5 facient anniuersarium illius uxoris singulis annis.

**((R)ememorandum quod de constitutione capituli Roffensis prouisum est
quod quicquid percipit episcopus tam in uestiariis quam in calciariis
per manum camerarii, et quicquid percipit in cereis et exeniis et consu-
etis per manum sacriste, de prouentibus ecclesie de norfl' recipit.)**

10 (W)illelmus de editune concessit etiam illis
decimam suam pro societate quam accepit,
ualentem per annum v. solidos.

(G)osfridus de deltsa cum uxore et filiis
acceperunt similiter et ipsi societatem, et con-
15 cesserunt totam decimam suam de deltsa.

(H)eimfred homo ernulfi
de cilesfeld, pro societate quam accepit, con-
cessit decimam de terra sua quam habebat in
cilesfeld.

20 (H)unfridus canuth de stælesfelda pro so-
cietate monachorum sancti andreae concessit eis
decimam suam, ualentem per annum x. solidos.

(S)maleman de cobbeham
pro societate illorum concessit eis de

6–9 *erasure* 10 de editune *glossed* de gurnæig

duabus terris suis partem decimae, scilicet de una
duas partes, de alia terciam partem.

(R)odbertus camerarius filius Willelmi uendi-
dit ernulfo episcopo domino suo terram quam tenebat
5 in lundonia xx. sol', et episcopus concessit perpe-
tualiter ad comparanda ex eadem luminaria
aecclesiae sancti andreae **(ae, que reddit)**

(H)ugo de niuueham pro societate
quam accepit cum uxore et filio fulcone, et
10 pro anima patris et matris et fratrum dedit mo-
nachis sancti andreae aecclesiam de northtuna cum
omni terra quae ad illam pertinebat, et dimidiam deci-
mam de omni re quae ad uillam pertinebat. Vnde ha-
bent monachi per annum, unam marcam argenti.

15 (I)ngelburgis quae fuit uxor herulfi
sutoris dedit mansam suam monachis sancti
andreae, quatinus ipsi tribuerent ei uictum
et uestitum de elemosinis illorum omni (uita sua, et
societa)tem concesserunt, et seruitium in fine sicut pro
20 sorore promiserunt facere.

(Æ)gelricus presbiter de cætham qui quondam cano-
nicus aecclesiae sancti andreae extiterat, pro ani-
ma uxoris suae godgyfae, et pro eo quod sepeli-
erunt eam honorifice (monachi,) dedit eis unam man-

7 *erasure*

sam, reddentem xii. denarios per annum.

(R)icardus brutin de gillingeham cum uxore et filio dedit monachis aecclesiae sancti andreae omnem decimam suam, scilicet in annonam, in agnis, in
5 porcellis, in caseis, et uitulis, et omnibus aliis rebus, pro fratre suo quem fecerunt monachum, et pro societate sua quam ei concesserunt.

(R)icardus filius malgerii de rokesle cum uxore et filio acceperunt societatem
10 monachorum aecclesiae sancti andreae, et ideo illis concesserunt omnem decimam suam de totintuna terra sua aeternaliter in omnibus rebus.

(Æ)lfuuine preostes sunu cum uxore sua dederunt aecclesiae sancti andreae et mo(na)chis illic deo seruientibus unum
15 mariscum infra insulam de grean pro animabus suis in perpetuum. Pro quo beneficio, ipsi monachi seruitium in fine promiserunt facere, sicuti pro fratre et sorore.

(E)adric de hescendena cum uxore et duobus filiis acceperunt societatem nostram eo pacto, ut quando obierint faciemus seruitium pro eis
20 sicuti pro fratribus, et habebimus decimas aeternaliter de terris illorum quas habent in borc-

191v

stealla, et in freondesberia, in annona tantum.

(E)go hugo filius fulconis assensu uxoris meae Emmae, et filiorum meorum () fulconis et aliorum, concessi deo et sancto andreae
5 et monachis eius terram meam de sutgate quae est iuxta horreum eorum solidam et quietam pro xii. denariis unoquoque anno in festiuitate sancti michaelis pro ipsa terra
10 michi uel ministro meo repetenti reddendis. Testibus Heruiso archidiacono, et albano et Warnerio monachis cantuariensibus, et Hunfrido et Rodberto et Ricardo rofensibus, et osmundo et letardo ernulfi
15 episcopi seruientibus, et Willelmo coco et huberto nostris hominibus, et Gosfrido de clouilla et simone filio alulfi, et multis aliis.

(G)olduuinus cognomento grecus dedit aecclesiae sancti andreae et monachis pro filio
20 suo ibidem facto monacho duas hagas terrae in roueestra pertinentes ad frendesberiam, et partem terrae regis quae est iuxta ipsas hagas. Praeter has autem

192r

hagas dedit et dimidiam hagam iuxta cimiterium appendentem ad borchstellam, sed istam dimidiam hac conuentione dedit, quod eam tenebit donec monachi alias hagas hinc et inde habeant
5 et domos auferant ad ampliandum cimiterium suum. Et tunc sine omni mora

uel contradictione tradet eam in manus
monachorum, uel ipse si uixerit, uel uxor
10 et filii eius si mortuus fuerit. Huius con-
uentionis testes sunt, Heruisus archidia-
conus, Radulfus clericus et Rodbertus filius eius,
Golduinus presbiter, Gelduinus et Rodbertus monetarii,
Gudredus filius diringi, Stephanus filius Goduui-
15 ni, Vuiet filius Golduini, et alii multi.

(E)go Rodbertus henrici
regis filius concedo aecclesiae et monachis
Rourecestrae pro meae animae et Roberti hamo-
nis filii animae salute terram illam et con-
20 suetudines ac quietudines quas idem Robertus
filius hamonis eis apud merlauam
in elemosina dedit et concessit, et uo-
lo ac precipio quod eas ita libere et quiete
teneant, sicut eas tempore praedicti

192v

Roberti liberius, quietius, melius, tenuerunt.
Testim', Gisleberto dapifero.

(H)aec est conuentio quam fecit coc cum episcopo
ernulfo et monachis sancti andreae apostoli
5 uidelicet quod concessit terram illam in qua
manebat cum domibus quae super e(a)ndem ter-
ram erant sancto andreae et monachis eius
aeternaliter possidendam post obitum eius et
uxoris ipsius. Et hoc fecit pro filio suo quem
10 idem monachi ad monachatum receperunt.
Testibus his, Rodberto et altero Rodberto hali-
man presbiteris, Radulfo clerico, Hugone,
Willelmo, Radulfo de sancto claro, Rodberto filio
Willelmi de clouil, Hugone diacono et nigel-
15 lo praepositis de roucestria, Letardo prae-
posito monachorum, Golduino greco, Gu-
dredo, Eduuino fot, Godrico filio uuen-
nith, Heimone filio cenestan, Willelmo
le blund, Sinot mercatore, Willelmo porta-
20 rio, et multis aliis.

(G)oduuinus filius edith dedit dimidiam man-
sam suam aecclesiae sancti andreae et monachis pro
filio suo ibidem facto monacho pertinentem
ad borcstelle. Testibus, Golduino presbitero, Ead(uui-
25 no fot, Gudredo fili(o) diringi, et multis aliis.)

24–5 addition by the main scribe

193r

(H)aec est conuentio quam Gosfridus pitit fecit
cum monachis sancti andreae. Quadam uice paene
ad mortem infirma(ba)tur, et ideo requisiiuit ab eis
monachiles pannos ad succurrendum, uel
5 tunc, uel quando obiret. Qui concesserunt ei pro una
haga quam dedit illis aeternaliter habendam, (que reddit)
et pro aliis beneficiis multis. De qua haga debet
habere praepositus regis xii. denarios de gabla
ad natiuitatem sancti Iohannis baptistae. Testm' Ricardus
10 nepos ipsius gosfridi, Haimo filius kenestani, et

Eaduardus homo ipsius gosfridi, et alii plures.
(H)aec est conuentio quam fecit Geldeuinus
monetarius cum episcopo ernulfo, et monachis sancti
andreae apostoli, uidelicet quod concessit mansionem suam
15 quae est iuxta cimiterium monachorum quietam et liberam, (que reddit)
et iiii.or acros terrae pertinentes ad borcstelle, et vi.
pertinentes ad deltsam aeternaliter possidendam sancto
andreae, et monachis eius pro eo quod idem monachi
ipsum ad monachatum receperunt. Huius con-
20 uentionis testes sunt, ecclesiae sancti andreae prior, orduuinus,
et totus conuentus fratrum, Heruisus eiusdem ecclesiae archi-
diaconus, Radulfus clericus, et filius eius Rodbertus,
Stephanus filius Goduini, Haimo filius kenestani,
Gudred filius leofgeti, et alii plures franci, et angli.

6, 15 (que reddit) *added by a different hand*

193v

((H)aec est conuentio inter praepositum frendesberiae
et ciues rofenses, propter opus brais, et grut.
Omni anno unaquaeque mansura reddet sex
denarios. Huius conuentionis et redditio-
5 nis testes sunt, Orduuinus prior, Clemens
monachus, Martinus monachus, Hund-
fridus monachus, Ansfridus dapifer, Roge-
rus de hallingis, Radulfus clericus, Kene-
stanus, Gosfridus paruus, Lifuinus
10 dore, Rodbertus monetarius, Eaduardus
dan, Ricardus batnoise. Dimidium huius
census reddendum est ad festiuitatem Sancti
Michaelis, et altera pars ad purificationem
Sanctae MARIE.)
15 ((N)otandum quod de constitutione capituli
roffensis prouisum est quod quicquid percipit
episcopus tam in uestiariis quam in calciariis per
manum camerarii, et quicquid percipit in cereis
et exeniis et consuetis per manum sacriste, de pro-
20 uentibus ecclesie de norflete recipit.)

.

.

.

.

15 *change of hand*

194r

.

.

.

.

5 .

.

.

.

10 .

.

.

.

15

20

194v

(D)e terra Hakefisc debet dare secretarius
de gabla ad natiuitatem sancti iohannis xxxi.
denarios, et unum obolum.

De terra Golduini grec, duos denari-
5 os et obolum ad eundem terminum.

De terra Gundulfi, unum denarium et qua-
drantem, ad eundem terminum.

De terra Godrici, xv. denarios in tercia
feria pascae primae septimanae, et vi. ad
16 festiuitatem sancti petri mense augusto.

De terra Gosfridi pitit, xii. denarios
ad natiuitatem sancti iohannis. (De terra coc, x. d'
iii. feria pascae, et vi. ad uincula sancti petri.

(G)ausfridus de deltsa dedit nobis xxx.
20 acros terrae iuxta prestafelda pro filio suo
quem () fecimus monachum. Quod con-
cessit herebertus filius eius. Sed et Walterius
tirel dominus ipsorum concessit postea et con-
firmavit, quia pro ipsa concessione acce-
25 pit societatem nostram, et ita post accep-
tam societatem posuit cultellum suum
super altare Sancti ANDREAE.)

195r

((G)odricus de deltsa accepit sotietatem
nostram, et ideo concessit nobis singulis
annis decimam de annona sua.)

5
:

(N)otum sit omnibus tam posteris
quam presentibus quod Gosfridus de delsa
consensu domini sui et filiorum suorum dedit
10 aecclesiae sancti andreae quandam partem terrae
suae quam habebat in delsa cum filio suo
quem in eadem aecclesia monachum fecit,
quam terram aecclesia et monachi tota uita
gosfridi et multo tempore hereberti here-
15 dis sui tenuerunt in pace et sine omni ca-
lumnia. Orta uero quadam discordia inter
monachos et herbertum, ipse herbertus coepit
calumniare partem terrae quam pater suus
dederat aecclesiae, dicens monachos plus

20 terrae suae quam pater suus eis dedisset usur-
passe. Propter quam discordiam et calumniam
pacandam et in aeternum finiendam, monachi
dederunt ei x. solidos, et unum palefridum
ualentem x. solidos, et ipse clamauit quietam

2–6 *erasure*

195v

ipsam calumniam pro anima patris sui et sua et
uxoris suae ac filiorum suorum, ita quod monachi
nullum seruitium, nullam consuetudinem
debent facere, neque de illa terra quae fuit
5 sine calumnia neque de illa de qua mota
est calumnia, nisi solummodo scotum regis
quod uocatur denegeld, et tunc tota illa terra
defendet se ad ipsum scotum pro xx.ti acris.
Testibus his, Martino monacho celarario, Hunfri-
10 do monacho, Warnerio monacho cantuariensi, Her-
uiso archidiacono, Rodberto dofforensi,
Adelardo, Willelmo coco, Hunfrido
portario, Northmanno, Birthtrico
de suthgate, et multis aliis.

15 :

:

:

:

:

20 :

:

:

:

:

:

15–24 *erasure*

196r

(H)aec sunt quae ordinata sunt a domino
nostro Gundulfo episcopo ad uestitum mona-
De rouecestre, x. libras. De molen- chorum.
dino eiusdem uillae, xxx. solidos. De cella-
5 rio, xxiiii. solidos. De frandesberia, v. libras,
et x. solidos. De stoches, xxx. solidos. De fle-
tis, iiii. libras, et x. solidos. De Wldeham,
maiori et minori, xxx. solidos. De hederham,
v. libras. De tarenteford, ii. libras. De north-
10 fletis, iii. libras, et x. solidos. De cantuarie,
iii. libras. De bullocesfelde, ii. libras. De grean,
xv. solidos. De ærhethe, xx. solidos. De ade-
loldo de cilesfelda, x. solidos. De uulmero eiusdem
uillae, x. solidos. Rodbertus de uateuilla, xv.
15 solidos. Radulfus pincerna, vi. solidos, et
viii. denarios. De archidiacono, x. solidos.
Willelmus de editune, v. solidos. Heimfred, vi.
solidos, et viii. denarios. Hunfrith canuth,
x. solidos. Radulfus pincerna, v. solidos, (de culingis.
20 Et omnes decimas quas anschetillus archidi-
aconus de cantuarie tenebat de adam
fratre eudonis dapiferi.)

Osbernus de biliceham, xii. solidos. Godefridus
de scræmbroce, x. solidos. Vlgerius nepos

196v

geroldi, v. solidos. De æilesford, xx. solidos. De
suðtune, xx. solidos. De uuleuic, iiii. solidos.
De ciselherste, iiii. solidos.

(E)rnulfus rofensis episcopus. Omnibus hominibus
5 de buchingeham francis et anglis salutem.
Sciatis me concessisse aecclesiae sancti andreae de roue-
cestra ad luminaria eiusdem aecclesiae aecclesiam
de edenham, et terras et decimas omnes quas ipsa
aecclesia hucusque habuit uel deinceps habere
10 poterit, cum omnibus rebus in campis et pratis ad
ipsam aecclesiam pertinentibus. Decimam etiam de do-
minio de edenham et de cudintuna in anno-
na, in uitulis, in agnis, in puleinis, in pur-
cellis, unam quoque hagam, et dimidiam hidam terrae
15 in hedenham, quas ansfridus clericus in uita sua
tenuit. Haec omnia concessi et dedi aecclesiae sancti an-
dreae, ut ipsa aecclesia deinceps in perpetuum haec
habeat et teneat pro anima mea, ita ut secreta-
rius aecclesiae quicumque ille fuerit post obitum meum
20 singulis annis in die anniuersarii mei det pro
anima mea decem solidatas panis pauperibus, et xx.ti
solidos in refectorium fratribus. Huius concessionis
testes sunt, aecclesiae sancti andreae prior Orduuinus, et
totus fratrum conuentus, Heruisus eiusdem aecclesiae

197r

<one leaf replaced>

archidiaconus, Rodbertus dofforensis, Egel-
uordus et helias clerici, Ansfridus dapifer,
et miles eius uuillimus de sancto albano, Willelmus
de cusintuna cum filio suo Wimundo, Ra-
5 dulfus picot de stisteda, Robertus et Ricar-
dus cubicularii, et plures alii franci et angli.

(N)otum sit omnibus tam posteris quam prae-
sentibus sanctae rofensis aecclesiae fidelibus, quod
ego Ernulfus eiusdem aecclesiae episcopus concessi in
10 perpetuum ad edificandas et sustentandas
domos monachorum denarios quos presbiteri pa-
rochiani solent reddere uel quando
crisma accipiunt, uel ad synodum con-
ueniunt. Teste Heruiso archidiacono,
15 Guarnerio cantuariensi monacho, Rodberto dof-
forensi canonico, Ansfrido dapifero, Athe-
lardo, Ricardo, Gosfrido, Scotlando, Aelsta-
no filio adelardi, Osberno filio osmundi,
et multis de familia nostra, et aliis.

20 (H)aec est elemosina, quam
domnus ernulfus episcopus consensu
et rogatu monachorum constituit singu-
lis annis faciendam pro anima patris nostri
Gundulfi episcopi in anniuersario ipsius.

197v

Secretarius debet dare quadraginta denarios.
Camerarius quadraginta denarios.

5 Celarius quadraginta denarios, et unum millenarium
allecium. Hedreham quattuor solidos et duos salmones.
5 Frenesberi, denintuna, Flietes, Wldeham,
sex solidos et duos salmones. Stoches, duos salmones.
Lamhetha, unum. Suthuuerca, unum. Hos
uiginti solidos recipiet celarius, et empto inde
pane et allece, ipse cum elemosinariis distribu-
10 et ipsa die pauperibus. Salmones autem
habebunt fratres in refectorio.
(A)nsgotus de rouecestra accepit societatem
beneficiorum ecclesie sancti Andree et monacho-
rum tempore Gundulfi episcopi, et dedit eidem
15 ecclesie et monachis, totam decimam suam
de deltsa. Et de molendino similiter
quod postea fecit
totam decimam, et quandam particulam terrae que inclu-
sa est infra murum monachorum uersus austrum,
20 et quinque acros terre iuxta prestefelde dedit
eis, et ipsi iuxta petitionem suam dederunt
ei pannos monachicos in articulo mortis
sue, et fecerunt seruitium pro eo sicuti pro
monacho.

12 *change of hand*

198r

De subiectione et fidelitate abbatissae de mellingis.

(D)ie illa qua Gundulfus rofensis
episcopus abbatiam de mellingis dedit
sanctimoniali auitiae, eadem sanctimoni-
5 alis eidem episcopo, eiusque successoribus, et sanctae ro-
fensi aecclesiae, iurauit fidelitatem, et subie-
ctionem, et quia nec per se, nec per aliam perso-
nam, praedictam subiectionem dissoluere tempta-
ret. Hoc autem facto sacramento, praedicta
10 auitia episcopo firma et stabili conuentione
promisit, quia sine eius consilio et licentia,
in abbatia sibi data, priorem nec poneret nec
deponeret, nec ullam sanctimoniam reciperet,
nec terram inde daret uel auferret. Huius
15 rei testes fuerunt isti audientes et ui-
dentes, Radulfus abbas belli, Orduuinus
prior, Paulinus secretarius, Alueredus, An-
dreas medicus, Arnulfus capellanus episcopi,
Iohannes, Goisfridus, Albericus, Odo, Berin-
20 garius, Willelmus subprior, Hunfridus, Ernegrinus,
Hugo nepos episcopi, Willelmus iuuenis,
Radulfus clericus, Ansfridus clericus, Godar-
dus clericus, Rodbertus camerarius, Hugo came-
rarius, Ansfridus dapifer, Hunfridus porta-

198v

rius, et alii plures. De earhetha, et de halilei.

(N)otum sit omnibus tam posteris quam praesentibus
quod ego henricus de port anno ab incarna-
tione domini millesimo centesimo viii. indi-
5 ctione prima concedente uxore mea hathe-
uuis et filio meo hugone imperpetuum ut

elemosinam donau deo et fratribus in aecclesia
roffensi quae est constructa in honore sancti
andreae apostoli seruientibus xx. solidos de red-
10 ditione mea de earhethea et decimam totam
de halegele, de qua quidem praedictus sanctus dimi-
diam partem habuerat, caeteram uero pro amore Ra-
dulfi episcopi ut praedictum est supra taxato tempo-
re donau. Hoc autem pro animabus tam predeces-
15 sorum quam successorum meorum donau, et ex hoc
beneficium ipsius loci animae meae in fine ut
monacho concessum fuerit. Terminus uero dena-
riorum est in natiuitate domini, decimae autem
in augusto. Teste Hugone filio fulconis,
20 Herberto de caent, Ansfrido clerico, Ra-
dulfo clerico, Hosberno de mæruurthe.
(N)otum sit omnibus
tam posteris quam presentibus roffensis
aecclesiae amicis et fidelibus, quoniam Radulfus
199r

clericus pro concordia et pace habenda de
multis querelis quas roffensis episcopus
Ernulfus aduersus illum habebat, eidem
episcopo concessit mansionem suam quae est
5 iuxta cimiterium () monachorum quie-
tam et liberam, et liberationem quam in predi-
cta habebat aecclesia, postquam a seculo de-
cesserit. Preterea redditum xx.ti solidorum,
uidelicet apud langeport de quodam
10 homine denarios xx. Ibidem de quadam
uidua, solidos ii. Alibi de Brichtrico et Ra-
dulfo, solidos v. Apud eastgate de Eluredo
cobi, denarios xii. De haga ante nouum
pistrinum, solidos iii. De quinque acris ad aec-
15 clesiam de uuldeham pertinentibus pro cimiterio
de burcham, solidos vii. et denarios iiii.
De quibus, Haimo filius chenestani reddere
debet denarios xvi. lifuuinus pistor, solidos
iiii. uulmerus rufus, solidos ii. si tamen ro-
20 ffensis episcopus predictus uel alius, aecclesiam de
uuldeham cum beneficiis ad eandem pertinen-
tibus filiis radulfi uel caeteris parentibus
ita in posterum tenendam concesserit, sicu-
ti radulfus eam in uita sua tenuit.

199v

Sin autem, qui feudum radulfi habuerint,
de eodem feudo episcopo roffensi aeque ualen-
tem redditum restituant. Haec autem
omnia utrimque concessa sunt hac condi-
5 tione, ut caetera omnia quae ipse radulfus
ab episcopo tenebat, quiete et in pace quam
diu in seculo fuerit teneat et habeat, et
quandocumque uoluerit filium suum in
aecclesia sancti andreae monachum faciat, et
10 ipsemet siue pecuniam attulerit siue
non, ibidem monachus fiat. Huius con-
uentionis testes fuerunt, Albanus et

Guarnerius monachi cantuarienses, Hun-
fridus, Martinus, Rodbertus, Guillelmus, mo-
15 nachi refenses, Heruisus rofensis archidia-
conus, Rodbertus dofforensis canonicus, Brodo
presbiter, Fulbertus de cilleham, Geroldus filius
seram, Ansfridus dapifer, Rannulfus con-
stabularius, Symon, Adam, Paganus,
20 milites, Hunfridus portarius, Adelardus,
Gerbodus, Letardus, et alii plures.
(G)olduinus presbiter de rouecestra dedit
aecclesiae sancti andreae dimidiam hagam in roue-
cestra, pertinentem ad freondesberiam. Pro quo

200r

beneficio monachi sancti andreae iuxta pe-
titionem suam **(fecerunt ibidem filium suum
monachum. Que terra reddit)**

:

5 :

(S)imiliter et Ælfuinus filius dirgiuae dedit
dimidiam hagam pertinentem ad borchstel-
lam monachis sancti andreae, et ideo impe-
trauit in articulo mortis pannos mo-
10 nachicos, et totum seruitium ab eis sicu-
ti pro fratre.

(G)odricus filius æluuini frater ælrici
presbiteri dedit et ipse similiter dimidiam
hagam de terra regis pertinentem ad praepo-
15 situram ipsius, pro eo quod monachi sancti andreae
iuxta petitionem suam () dederunt ei
pannos monachiles in articulo mortis
suae, et totum seruitium fecerunt pro eo sicuti
pro fratre et benefactore. De qua terra debent
20 monachi (d)are praeposito regis de gabla
xv. denarios in terciã feria pascae primae
septimanae, et sex ad festiuitatem sancti
petri mense augusto.

.

2–5 *erasure*

200v

(H)aec conuentio habita est inter mona-
chos rofenses et uxorem Rodberti latima-
rii. Haec mulier tenebat quandam
terram de freondesberia quae uocabatur
5 thorniduna, et reddebat inde uiginti
solidos praeposito freondesberiae per singulos
annos, et debebat terram illam tenere
usque ad mortem suam. Post mortem autem
sua debet esse sancti andreae et monacho-
10 rum, non alicuius parentum illius sicut ipsa
affirmabat. Diu ergo ante mortem suam
placuit ei ut terram eandem redderet
sancto andreae et monachis pro salute animae
uiri sui et suae et parentum suorum. Veni-
15 ens itaque die dominica quadam post processio-
nem ante altare sancti andreae astantibus

monachis et francis et anglis multis
reddidit terram ipsam apostolo sancto et monachis
aeternaliter possidendam,

20 :

dans cum terra omnia
quae habebantur super ipsam terram. Mona-
chi uero pro hac re magis confirmanda de-
derunt illi sexaginta solidos, quos postea

19–21 *erasure*

201r

brodo presbiter qui eius filiam habebat cal-
lide extorsit, et praeterea promiserunt ei
quia inuenirent ei uictum et uestitum
quam diu uiueret, uictum uidelicet de
5 celario quantum uni monacho, et praeter
hoc unum ferculum de carne quattuor diebus
in ebdomada. Vestitum uero de camera hono-
rabilem qualem eius aetatem et personam deceret.
Vni autem eius seruienti et uni pedisequae
10 qui ei seruirent talem darent uictum
qualem caeteris aecclesiae seruiantibus. Super haec
omnia darent ipsi dominae uiginti solidos
singulis annis quibus seruientes sibi soli-
daret et uestiret, et caetera sibi necessa-
15 ria prout uellet ipsa procuraret. Cum autem
obiret, conuentus eam sepeliret, et an-
niuersarium eius singulis annis faceret.
Huius conuentionis sunt testes, Rodbertus presbiter
filius golduini presbiteri, Ordegus presbiter de ho,
20 Radulfus clericus, Hugo clericus, Vuigetus
clericus, Golduinus grecus et frater eius Eaduui-
nus, Eaduuinus fot, Rodbertus secretarius, Gu-
dredus filius dioringi, et alii multi.

.

201v

((R)icardus bellus et aernulfus de strodes
cum uxoribus suis acceperunt societatem
nostram et dederunt nobis omnem decimam
suam etiam de mobili pecunia et sepeliemus)

5 ()

((G)odingus de hou in infirmitate qua et mor-
tuus est inter caetera sua quae commendauit
et distribuit, assensu uxoris suae et filiorum atque
() amicorum suorum qui praesentes fuerunt, concessit
10 nobis singulis annis quattuor solidos. Quod eius
donum uxor illius cristina per cultellum super altare
sancti andreae posuit, et omni anno hos ipsos quattuor
solidos in die festiuitatis sancti Paulini a se et a suis
heredibus in perpetuum reddendos et super altare po-
15 nendos statuit.

(S)imiliter frater ipsius godingi (Hugo) in ipsa festiuitate
a se et heredibus suis dandos concessit duos solidos.

(F)ulco filius hugonis de niueham quando acce-
pit societatem nostram cum uxore sua concessit nobis
20 assentiente ipsa uxore sua singulis annis decem

solidos in festiuitate sancti michaelis, quos dabit alexander et heres eius de terra de blecemere, sicut ipsos debebant dare ipsi hugoni pro ipsa terra singulis annis. Quod si ipse alexander heredem non habuerit, uel ipsam terram

5 *erasure* 6 *change of hand*

202r

tenere non potuerit uel noluerit, habebimus ipsam terram loco decem solidorum quietam ab omni censu et consuetudine.)

((R)annulfus constabularius de decima nostra quam tenet, dat nobis per annum octo solidos ad medium quadragesime.

5 (H)ugo de stocheis dat nobis per annum de nostra decima quam tenet v. solidos ad festiuitatem sancti andreae, et v. ad pascha.

(D)e æslingeham terra sancti andreae, quam 10 episcopus Gundulfus dedit goisfrido talebot, retinuit idem episcopus omnem decimam omnium rerum ad opus monachorum suorum, quam et dedit illis aeternaliter possidendam.)

(cotlandus de aescedene, sepultis a nobis honorifice 15 tribus filiis eius sub breui tempore defunctis, uenit in capitulum nostrum cum uxore sua et pluribus amicis suis, et dedit nobis in aeternum possidendam quandam terram iuxta murum uineae nostrae ad orientalem plagam, solidam et quietam ab omni censu et consuetudine, excepto quod

20 quando ciuitas scotabit decem libras, tunc et nos scotabimus pro ipsa terra ad idem scotum tres denarios.

Ipse autem et haeredes eius acquietabunt eam cum caetero feudo suo quod tenent de heltone erga ipsum heltonem et haeredes eius. De quodam quoque prato quod () stephanus

3, 14 *changes of hand* 14 *initial 'S' not supplied* 24 *erasure*

202v

filius goduini tenebat de illo unde habebat singulis annis sedecim denarios, octo denarios concessit nobis, quia alios octo ante dederat hospitali domui infirmorum. Praeterea quia plurimo tempore et suo et patris sui 5 habueramus decimam suam de annona tantum, ipsa die nobis concessit et super altare cum memoratis donis posuit tunc et deinceps in perpetuum totam decimam suam sicut de annona ita et de uitulis et agnis et porcellis.

Has donationes dedit nobis pro anima sua et coniugis 10 suae, et patris et matris suae, et liberorum suorum.)

.
. .
. .
. .
15 .
. .
. .
. .
20 .
. .
. .

Willelmus dei gratia cantuariensis archiepiscopus, sedis apostolice legatus. Omnibus hominibus et amicis suis, tam prelati quam subditis, cuiuscunque conditionis sint aeccliesiae filiis salutem deique benedictionem et suam. Noscant presentes et postfuturi me reddidisse et firmiter concessisse, et ex parte dei et beati petri et nostra iure inconcusso hoc presenti scripto meo confirmasse consilio et assensu clericorum et laicorum nostrorum ecclesie sancti andree roffensi et dilecto filio nostro Iohanni episcopo, omnem potestatem et iura episcopalia illi pertinentia in maneriis nostris et clericis et laicis sui episcopatus sicut unquam melius uel honorabilius tenuerunt antecessores sui Gundulfus uel Arnulfus episcopi. Testibus Helewis archidiacono cantuariensi, et Fulcone priore sancte oside, et Abel canonico, Alueredo priore Sancti gregorii, Rad' cad', cum multis aliis clericis et laicis, apud cantoroberiam.

20

.
.
.
.
.

17–18 Rad' cad' *presumably for* Radulfo cadomensi

203v

(I)MARVS dei gratia tusculanus episcopus, apostolicae sedis legatus. Omnibus matris aeccliesiae filiis ad quos litterae istae peruenerint, salutem. Rei gestae memoria litteris prouide committitur, ne lites semel sopitae, in futuro iterum instaurentur. Proinde uniuersitati uestrae per praesentia scripta notum esse uolumus, quod inter ascelinum rofensem episcopum, et eiusdem loci monachos, aeccliesiae scilicet beati andreae, super iure maneriorum lamhetham et hendenham, controuersia huiusmodi orta est. Asserebant praedicti monachi memorata maneria sibi ad uictum proprium a rege anglorum willelmo iuniore, et lamfranco piae recordationis cantuariensi archiepiscopo, et gundulfo rofensi episcopo concessa rationabiliter et donata, et ad eiusdem rei euidentiorem probationem, eorundem car()tas et confirmationes, et sequentium regum anglorum henrici, et stephani, et anselmi cantur' archiepiscopi in medium proferebant. Contra quae cum praefatus ascelinus rofensis episcopus nichil firmum, nichil ualidum responderet, nec se in pretaxatis maneriis ius habere probare posset, assidentibus nobis uenerabilibus fratribus Teobaldo cantuariensi

19 cantur' *for* cantuariensis

204r

archiepiscopo, Rodberto lundoniensi, Henrico wintoniensi,
Alexandro linconiensi, Ebrardo, Noruuic', Si-
fredo Cicestrensi episcopis, Gaufrido Sancti albani, Ger-
uasio westmonasterii, Petro scireburn', abbatibus,
5 et magistro hilario, et aliis quam pluribus
religiosis personis ipsa maneria cum omnibus
suis appenditiis secundum quod carte donatio-
nis et confirmationis continebant, ipsis
monachis adiudicauimus, et ipsos possessores
10 constituimus ipso eorum episcopo promittente, quod
deinceps sine uexatione et inquietatione,
monachos bona et possessiones suas habere
permitteret, et pacem eis seruaret, quod et ipsi
firmiter obseruare precipimus, ad cuius rei ar-
15 gumentum ipsos monachos in osculo pacis
recepit. Nos itaque praedictorum fratrum iustis
petitionibus facilem praebentes assensum,
tam sepe dicta maneria quam alia omnia
eorum bona et possessiones quas in praesentia-
20 rum iuste possident, uel in futuro legitime
habaturi sunt, iura etiam, consuetudines,
libertates rationabiliter indultas, auctoritate
officii quo fungimur ipsis confirmamus, et
praesentis scripti attestacione roboramus.

2 Ebrardo, Noruuic' for Ebrardo noruuicensi 4 scireburn' probably for
scireburnie

204v

(T)EODBALDVS gratia dei cantuariensis archiepiscopus et to-
tius britanniae primas omnibus sancte aecclesiae
fidelibus salutem. Notum uobis esse uolo quod omnes
donationes et concessionis omnium mane-
5 riorum et omnium terrarum, et omnium aecclesiarum
cum omnibus redditibus et rectitudibus suis,
et omnium decimarum quae hactenus concessae
et donatae sunt aecclesiae sancti ANDREAE apostoli quae sita
est in ciuitate rouecestra a quibuscunque
10 siue regibus siue archiepiscopis uel episcopis seu comi-
tibus seu aliis quibuslibet huius regni nobilibus
concessae sint aut donatae, ego teodbaldus
gratia dei cantuariensis archiepiscopus et totius britanniae primas
auctoritate michi a deo collata, omnimodo
15 firmas et in perpetuum stabiles esse confirmo.
Et eas nominatim quas GVNDVLFVS illius
aecclesiae episcopus ut ad usum monachorum illorum
qui in eadem aecclesia domino christo et praedicto apostolo
deuote famulantur, permaneant ordi-
20 nauit, ego eidem aecclesiae et eisdem monachis
iure aeternae haereditatis habendas et libere
atque quiete confirmo possidendas. Et
sicut ipse praenominatus episcopus qui aecclesiam
illam fundauit et monachos illos illic

205r

congregauit, et ipsa maneria et terras quas
in suo dominico habebat, ipsis monachis a
suo proprio uictu discreuit, discretas dedit,

uidelicet Wldeham cum omnibus appenditiis
5 suis, Frenesberiam cum omnibus appenditiis
suis, Stokes cum omnibus appenditiis suis,
Suthfletam cum omnibus appenditiis suis,
Danitunam cum omnibus appenditiis suis,
Lamhetham cum omnibus appenditiis suis,
10 Hedenham cum manerio quod appendet
cudintuna nomine, et cum omnibus xl.
hidis terrae quae appendent, et omnes alias
minutas terras, et omnes redditus omnium
terrarum quas suo tempore adquisiuit et
15 illis dedit, ita firmiter et stabiliter in
omnibus omnia ista monachis illis confir-
mo et corroboro. Et sicut beatae memo-
riae ANSELMVS cantuariensis archiepiscopus et GVNDVLFVS
supradictae aecclesiae episcopus ista omnia a rege
20 HENRICO confirmata confirmauerunt,
et eidem aecclesiae et monachis praedictis atque post
illos in perpetuum uicturis firmiter stabilia
et stabiliter firma et illibata permanere
sanxerunt, et auctoritate dei omnipotentis

205v

patris et filii et spiritus sancti et omnium sanctorum
eius omnes illos qui aliquid de regia conces-
sione et illorum institutione uel confir-
matione infringerent excommunicau-
5 runt, ita et ego tantorum uirorum exempla
secutus, institutiones, concessiones et con-
firmationes, et omnia praedicta ipsis mo-
nachis in perpetuum habenda firmiter sta-
bilio et stabiliter firmo et illibata perma-
10 nere sancio, et sub eadem interminatio-
ne omnes qui hanc eorum et nostram confirma-
tionem infirmare, uel absque communi
fratrum aecclesiae illius uel consilio uel consen-
su immutare praesumpserint, a limi-
15 nibus sanctae matris aecclesiae donec ad satisfacti-
onem congruam ueniant ex omnipoten-
tis dei patris et filii et spiritus sancti omniumque
sanctorum auctoritate sequestro.

20 .
.
.
.
.
.

206r

.
.
.
.
5 .
.
.
.
.

10 .
.
.
.

PRIVILEGIUM EVGENII PAPE.

15 (E)ugenius episcopus seruus seruorum dei, dilectis filiis brieno pri-
ori ecclesie beati andree rofensis, eiusque fratribus tam presenti-
bus quam futuris regularem uitam professis, inperpetuum.
Ad hoc uniuersalis ecclesie cura nobis a prouisore omnium
bonorum deo commissa est, ut religiosas diligamus personas,
20 et beneplacentem deo religionem studeamus modis
omnibus propagare. Neque enim deo gratus aliquando famu-
latus impenditur, nisi ex karitatis radice procedens,
a puritate religionis fuerit conseruatus. Oportet igitur
omnes christiane fidei amatores religionem diligere, et loca

23 *read* consecratus

206v

() uenerabilia cum ipsis personis diuino seruicio
mancipatis attentius confouere, ut nullis prauorum
hominum inquietentur molestiis, uel inportunis
angariis fatigentur. Quapropter dilecti in domino
5 filii uestris iustis postulationibus clementer annui-
mus, et prefatam beati andree apostoli ecclesiam, in qua
diuino mancipati estis obsequio, sub beati petri
et nostra protectione suscipimus, et presentis
scripti priuilegio communimus. Statuentes ut
10 quascunque possessiones, quecunque bona, tam ex
dono et concessione bone memorie lanfranci
Anselmi, Radulfi, Teodbaldi, cantuariensium
archiepiscoporum, et Gundulfi rofensis episcopi,
Willelmi et Henrici anglorum regum, quam aliorum dei fide-
15 lium, inpresentiarum iuste et canonice possidetis,
aut in futurum concessione pontificum, liberali-
tate regum, largitione principum, oblatione fide-
lium, seu aliis iustis modis prestante domino poteri-
tis adipisci, firma uobis uestrique successoribus et illi-
20 bata permaneant. Concessionem autem uobis
rationabiliter factam ab ernulfo bone memorie
episcopo uestro de sinodalibus denariis, et scripti eius
pagina confirmatam, ratam esse censemus. Preterea
concordiam que inter uos et uenerabilem fratrem

207r

nostrum ascelinum episcopum uestrum, per prefatum Teodbaldum can-
tuariensem archiepiscopum de lamheða, Cudintu-
na, et quibusdam aliis possessionibus iuste et cano-
nice facta est, ratam et firmam esse decernimus. Preposi-
5 turam quoque ipsius ciuitatis sicut actenus super homi-
nes uestros et episcopi et prepositure regis quartam partem ratio-
nabiliter habuistis, socam etiam, et sacam, tol, et tem,
et infangenetheof, ceteras quoque consuetudines
et libertates uestras rationabiliter hactenus habitas, ni-
10 chilominus uobis confirmamus. Decernimus ergo ut nulli
omnino hominum liceat prefatum locum temere perturbare,
aut eius possessiones auferre, uel ablatas retinere, mi-
nuere, seu quibuslibet uexationibus fatigare. Sed

omnia integra conseruentur, eorum quorum gubernatione et sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate, et diocesanorum episcoporum canonica iusticia et reuerentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioe commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore

14 *read* eorum pro quorum

207v

et sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiacet. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax domini nostri iesu christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia aeterne pacis inueniant amen amen.

.
Dat' transtiberim per manum Rodberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii v. kl' martii, indictione viii.a, incanat' dominice anno M.c.xl.v. pontificatus uero domni Eugenii pape iii. anno secundo.

.
+ Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss'.
+ Ego conradus sabinensis episcopus ss'.
15 + Ego albericus hostiensis episcopus ss'.
+ Ego ymarus tusculanus episcopus ss'.
+ Ego odo diaconus cardinalis sancti Georgii ad uelum aureum ss'.
+ Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum cosme et damiani ss'.
+ Ego octauianus diaconus cardinalis sancti nicolai in carcere tulliano ss'.
20 + Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti angeli ss'.
+ Ego Berardus diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie ss'.
+ Ego Guido diaconus cardinalis sancte marie in porticu ss'.
+ Ego G G presbiter cardinalis tituli calixti ss'.

10 *read* incarnationis 13 ss' *meaning* subscripsi 24 G G *meaning* Gregorius

208r

Ego Guido presbiter cardinalis tituli sancti Grisogoni ss'.
Ego Gilbertus indignus sacerdos sancte romane ecclesie ss'.
Ego Guido presbiter cardinalis tituli sanctorum Laur' et D ss'.
Ego bernardus presbiter cardinalis tituli sancti clementis ss'.
5 Ego Iordanus presbiter cardinalis tituli sancte () Susanne ss'.

.
. .
. .
10 .
. .
. .
. .
15 .

.
. .
. .
20 .
. .
. .
. .

4 *read sancti laurentii in damaso* 6–24 *blank space used for facsimiles of the pope's rota and the BENE VALETE monogram*

208v

.
. .
. .
5 .
. .
. .
10 .
. .
. .
15 .
. .
. .
20 .
. .
. .

209r

:
:
:
:

5 (S)uthfleta manerium episcopi hrofensis se defendebat in tempore eaduardi regis pro vi. solinis, et nunc pro v. et est appretiatum xxi. libras, et ricardus habet inde infra leugam suam ualens xx. solidos, et tamen hoc
10 idem manerium reddit episcopo xxiiii. libras, et i. unciam auri de firma. Stanes se defendebat pro vi. solinis in tempore eaduardi regis, et nunc pro iii. et est appretiatum xvi. libras, et tamen episcopus habet inde in firma sua xx. libras, et i. unciam
15 auri, et i. marsuin. Falcheham defendebat se in tempore eaduardi regis pro ii. solinis, et nunc similiter, et est appretiatum viii. libras. Langefeld a defendebat se in tempore eaduardi regis

pro i. solino, et nunc similiter, et est appretiatum c. solidos.
20 Haec maneria predicta ad hundredum de clacestane pertinent. Brunlega se defendebat in tempore eaduardi regis pro vi. solinis, et nunc pro iii. et est appreciatum xviii. libras, et tamen episcopus habet inde de firma sua xx. libras, et xviii. solidos,

1–4 *erasure?*

209v

et hoc idem manerium est ipse hundredus.
Wldeham se defendebat in tempore eaduardi regis pro vi. solinis, et nunc pro iii. et est appretiatum xiii. libras. Melingetes se defendebat in tempore eaduardi regis pro iii. solinis, et nunc pro solino et dimidio, et est appreciatum iiii. libras. Trotescliua defendebat se pro i. solino, et adhuc facit, et est appretiatum vii. libras. Snoilanda defendebat se in tempore eaduardi regis pro iii. solinis, et nunc similiter, et est appretiatum ix. libras.
10 Haec predicta maneria habet () episcopus in hundredo de laurcesfelda. Hellingas defendebat se in tempore eaduardi regis pro vi. solinis, et nunc pro duo et dimidio, et est appretiatum
15 xvi. libras. Frandesberia defendebat se in tempore eaduardi regis pro x. solinis, et nunc pro vii. et est appretiatum xxv. libras, et infra leugam de tonebrigge est inde tantum x. solidos, et etiam de hallingis est tantum infra eandem leugam
20 quod est appretiatum vii. solidos. Cuclestana in tempore eaduardi regis defendebat se pro ii. solinis et dimidio, et nunc pro duo, et est appreciatum x. libras. Denituna defendebat se in tempore eaduardi regis pro i. solino, et nunc pro di-

210r

midio, et est appretiatum vi. libras, et x. solidos.
Haec maneria sunt in hundredo de scamela. Borgestealla defendebat se tempore eaduardi regis pro ii. solinis, et nunc pro solino et dimidio,
5 et est appretiatum x. libras. Et quattuor uiginti domus subiacebant ibi in tempore eaduardi regis, et una pars illarum est apud supradictam borgestellam, et alia pars in frandesberia, et sunt appretiatae viii. libras, sed tamen
10 ille qui tenet reddit inde xi. libras, et xiii. solidos, et iii. denarios. Hoc manerium habet episcopus in hundredo de hrouecestra. Stoches quod goduinus comes tenuit contra uoluntatem seruientium sancti andreae, et archiepiscopus lanfrancus disrationauit eum contra
15 episcopum baiocensem iuste, tempore regis eaduardi se defendebat pro v. solinis, et nunc pro iii. et est appretiatum viii. libras, sed tamen ille qui tenet reddit xiii. libras, et xx denarios.

20 Hoc manerium est in hundredo de hou.

Donum uuillielmi magni regis.

(W)illelmus rex anglorum magnus, pater uuil-

lelmi regis eiusdem gentis, hrofensem
aecclesiam beati andreae in tantum dilexit,

210v

ut imminente articulo mortis suae centum
ei libras donaret, regiam quoque tunicam, propriumque
cornu eburneum, dorsale etiam unum, cum feretro
deargentato dimitteret. Pro quo et aliis eius
5 multis beneficiis, nostrae aecclesiae ab eo benigne
impensis, eius anniuersarium constituimus
debere singulis annis festiue fieri.

*Haec est conuentio inter Gundulfum episcopum et ead-
merum anhænde burgensem londoniae.*

10 (D)um idem GVNDVLFVS ex precepto regis Wil-
lelmi magni prae()esset operi magnae turris londo-
niae, et hospitatus fuisset apud ipsum ædmerum,
quadam uice ipse coepit episcopum rogare, ut concederet
sibi societatem aecclesiae quam regebat uidelicet sancti
15 ANDREAE. Quod ei episcopus satis libenter concessit. Et
ideo concessit sancto andreae et fratribus ibidem deo ser-
uientibus medietatem piscariae quae uocatur
niuue uuere, quam diu uiueret. Cum uero mo-
reretur, totam eam ibidem concessit, et totam terram
20 suam quam habebat in lundonia et domos tali
pacto, ut ipse et uxor eius ad rouecestram de-
ferrentur et ibidem sepelirentur, omnique anno eorum
anniuersarium obseruaretur. Isti sunt testes huius rei,
duo filii brihtmari, Ægeluwinus et orgarus, Ra-
25 dulfus clericus episcopi, et Godefridus grossus, et alii
multi.

10–24 erasure 25–6 two extra lines

211r

:

De lamhytha.

+ (Q)VISQVIS deo seu pro deo aliquid praestat,
non hoc ipsum a se alienat, sed melius
5 sibi ipsi in posterum reseruat. Qua
spe ductus ego Willelmus dei gratia rex anglo-
rum trado de iure meo aecclesiae rofensi sancti an-
dreae apostoli aecclesiam sanctae mariae de lamhytha,
de me semper et de successoribus meis cognoscen-
10 dam et tenendam, cum omnibus quae ad eandem aecclesiam
pertinent, tam in terris, siluis, aquis, pratis,
quam in omnibus aliis rebus tam intra burgum
quam extra, saca, et socne, toll, et team, cum
aliis consuetudinibus quas comitissa GODA
15 prius habuit, et ego hactenus in dominio meo
habui. Et hoc concedo pro salute animae meae,
patris mei, et omnium parentum meorum, et pro re-
stauracione damni quod eidem aecclesiae licet
inuitus intuli, pro conquirendis inimicis meis
20 qui intra iam dictam ciuitatem contra me et
contra regnum meum iniuste congregati erant,
de quibus omnipotens deus sui gratia uictoriam michi
contulit. Hanc ergo donationem propria manu signo
et confirmo, presentibus testibus et assentientibus

1–2 *erasure*

211v

de baronibus meis, Thoma archiepiscopo eboracensi,
Rogerio comite scropesbyriensi, Henrico comi-
te uaruicensi, Henrico de ferrariis,
Rogerio bigoto, Iuone taillebosc, Willelmo peurel,
5 et aliis pluribus.

(W)illelmus rex anglorum, haimoni uice-
comiti, et omnibus ministris suis de hou,
salutem. Sciatis me concessisse monachis sancti
10 andreae rofensis aecclesiae terram illam quae perti-
net ad praeposituram de ceteham, et quam ipsi
monachi infra ortum suum habent inclusam,
ea conuentione quod ipsi monachi pro anima
patris mei ducentas missas cantare debent,
15 et episcopus gundulfus pro illa terra debet dare de
alia terra sua quae ualeat quantum ipsa ua-
lebat tempore quo episcopus baiocensis concessit eam
eisdem monachis. Testibus, Walchelino episcopo,
et Rodberto cancellario, et Rannulfo capellano, apud bri-
20 cestoc.

(G)undulfus rofensium gratia dei episcopus, haimo-
ni uicecomiti et omnibus baronibus regis
de cænt francigenis et anglis, salutem et
benedictionem dei et suam quantum potest.

212r

Volo uos omnes scire me iam quietum esse aduer-
sus regem de illa cambitione terrae quam ei promi-
si post uuærram rofae, pro illis tribus acris quos
odo baiocensis episcopus dedit aecclesiae sancti andreae
5 et monachis nostris ad faciendum ibi ortum suum
iuxta murum deforis uersus australem par-
tem ciuitatis forinsecus, qui iam inclusi sunt
muro circumquaque. Et illos tres acros terrae
quos pro illis tribus dedi regi in cambitionem
10 liberaui iam ministris uicecomitis, Rodberto
scilicet de sancto amando, et Rodberto latimier,
et ælfuino fratre eius preposito de cetham, et gren-
toni de roueestra, de nostra dominica terra de
burchestealla, presentibus testibus istis, Ans-
15 goto de roueestra, Gosfrido talebot, Gois-
frido de ros, Radu(l)fo pincerna adae, Rodul-
fo clerico, et aliis multis de nostra familia et
de ciuibus eiusdem uillae.

De Hedenham.

20 (W)ILLELMVS rex anglorum, archiepiscopis,
episcopis, abbatibus, comitibus, caeterisque
omnibus baronibus suis regni anglorum
salutem. Notum uobis omnibus esse uolo, quod
ego uuillelmus dei gratia rex anglorum filius

212v

uillelmi regis anglorum concedo aecclesiae
rofensi sancti andreae apostoli ad uictum mona-
chorum manerium quod uocatur hedenham

quod situm est in comitatu de bokingeham
5 quod tenuit lanfrancus archiepiscopus de patre
meo et de me, quod donat eidem rofensi aec-
clesiae pro salute animae patris mei et ma-
tris meae, et pro salute animae meae et animae
suae. Et ideo eius rogatu et amore hoc do-
10 num suum praedictae aecclesiae concedo et regali
auctoritate propria manu confirmo, ita
quiete tenendum iure perpetuo, sicut praedi-
ctus archiepiscopus de patre meo et de me illud
quiete tenuit usque in praesentem diem.
15 + Signum Willelmi regis anglorum. + Signum
lanfranci cantuariensis archiepiscopi. + Signum
thomae eboracensis archiepiscopi. + Signum Re-
migii lincoliensis episcopi. + Signum Walcelini
uuentoniensis episcopi. + Signum mauricii lun-
20 doniensis episcopi. + Signum osmundi serberien-
sis episcopi. + Signum Rodberti herefordensis episcopi.
+ Signum Baldeuini abbatis sancti eadmundi.
+ Signum henrici fratris regis. + Signum philip-
pi filii rodberti comitis flandriae. + Signum

213r

<one leaf replaced>

alani comitis. + Signum Hugonis comi-
tis. + Signum Henrici comitis. +
Signum Willelmi comitis. + Signum
eudonis dapiferi. + Signum Rogerii bi-
5 gotis. + Signum Gosfridi de magna
uilla. + Signum Rodberti filii haimo-
nis. + Signum Hugonis de mont(e) for-
ti. + Signum Gisleberti de tonebrig-
ge. + Signum Hugonis de bello cam-
10 po. +
Confirmatio Lanfranci archiepiscopi.
(E)go Lanfrancus non meis meritis sed
gratia dei archiepiscopus, hoc donum
meum quod regia auctoritate confir-
15 matum est confirmo, et auctoritate
dei omnipotentis et omnium sanctorum
excommunico omnes illos qui praedictum
manerium de praedicta aecclesia uel abstule-
rint, uel auferre temptauerint, uel abla-
20 tum ab aliis cognita ueritate receperint
uel retinuerint. Aeterna poena cum
iuda proditore sit eis, nisi ad satisfacti-
onem uenerint. **De dudicote.**
(G)undulfus rofensis episcopus, Rodberto lincoliensi (episcopo,)

213v

et Goisfrido uicecomiti, et omnibus fidelibus regis
francigenis et anglis de comitatu de bukin-
geham salutem. Sciat is quod Gislebertus noster clericus
de hedenham concessit aecclesiae rofensi sancti andreae
5 tres hidas terrae quas habuit in suo dominico in he-
denham, ea conuentione quod quando ipse uoluerit
fiet ibi monachus. Et hoc idem concessit et confirmauit
radulfus filius suus ex toto. Et ego concessi eidem radulfo
aecclesiam de hedenham cum una hida et dimidia terrae, et

10 duobus pratis, coiea, et cetemora, et concessi ei pasturam
decem boum, et omnes consuetudines que ad eandem aecclesiam
pertinent, insuper quicquid gislebertus tenuit in heden-
ham, exceptis illis tribus supradictis hidis terrae.
Et de ipsa aecclesia non faciet ullum seruitium,
15 nisi quod ad aecclesiam pertinet tantum. **De**
(P)ostea uero non multo tempore Eastuna.
contigit ipsum Gislebertum mutasse habitum et uitam secularem
in uitam et habitum monachi apud rofecestram. Iisdem
diebus remansit manerium estuna quod situm est in
20 comitatu de gloecestra, in manu praefati Radulfi filii
Gisleberti, et osmundi generis gisleberti. Qui ambo
regiis exactionibus tantum fuerunt grauati, ut uix
amplius hoc possent pati. Erant enim illis di-
ebus consuetudines regis grauissimae atque du-

214r

rissimae, per totum regnum angliae. Itaque uenien-
tes pariter uterque ad domnum episcopum Gundul-
fum, rogauerunt illum quatinus propter deum et
honorem suum manerium ipsum a rege requireret.

5 Quod si obtinere posset, de illo ulterius mane-
rium ipsum tenerent. Quo audito episcopus, quam ci-
tius potuit regem impigre adit. Amicorum itaque
apud regem usus auxilio, tandem obtinuit
quod petiit. Dedit ergo episcopus Willelmo regi magni
10 () regis Willelmi filio xv. libras denariorum, et
unam mulam quae bene ualebat centum solidos.
Isto tali ordine obtinuit Gundulfus episcopus praedi-
ctum manerium estunam. Quod postquam ita
factum est, statim Radulfus et osmundus deue-
15 nerunt homines episcopi, et ita tenuerunt ipsum
manerium de episcopo. Veruntamen non multo tempore
post iterum pariter requisierunt episcopum, rogan-
tes illum ut propter deum illas quattuor hidas terrae
de estuna, cambiret illis pro duabus hidis terrae
20 infra hed(en)ham. Non enim ullatenus pati po-
terant amplius et malas consuetudines praedi-
dicti comitatus, et uiam longinquam ab hed(en)-
ham et laborem magnum quem propterea sepiissime
sustinebant. Accepto ergo consilio episcopus, fecit

214v

illis partim iuxta petitionem eorum, sed non
in omnibus. Dedit nanque Radulfo unam hidam
terrae, osmundo uero non nisi dimidiam. Debebat
enim osmundus episcopo quinquaginta solidos
5 denariorum pro multis placitis quae super eum
episcopus habuerat, et quia episcopus clamauit os-
mundum quietum de ipsis quinquaginta soli-
dis et querelis multis, ideo econtra non rece-
pit ab episcopo nisi dimidiam hidam terrae. Et isto
10 modo habuit ipse episcopus ipsum praedictum ma-
nerium, ita liberum et quietum ab omni calumnia,
sicut Goda comitissa illud habuit unquam
melius in suo dominico tempore regis eaduar-
di. Dum hoc ita fuit, precepit episcopus domno Willelmo
15 monacho rofensi praeposito de hed(en)ham cu-

ram accipere eiusdem manerii, et monachis
aecclesiae sancti andreae singulis annis firmam
octo dierum inde reddere. Et quidem iuste,
quoniam terrae illae quae datae fuerunt pro ipsius
20 manerii cambitione fuerant primum de he-
d(en)ham quod penitus erat et est ad uictum
ipsorum monachorum.

:
:

23–4 *erasure*

<booklet 4>

215r

(A)nno ab incarnatione domini nostri iesu
christi dcc. xxxviii. Eadberhtus
rex cantuariorum dedit aecclesiae sancti andreae
apostoli hrofi, terram decem aratorum in hou, quae
5 uocatur andscohesham, et commendauit ealdul-
for episcopo. (A)nno ab incarnatione domini
dcc. lxiiii. offa rex merciorum, et sigeredus
rex cantuariorum donauerunt aecclesiae sancti an-
dreae, Æslingeham cum omnibus appenditiis su-
10 is, scilicet freondesberiam et uuicham, uide-
licet xx. aratorum, et commendauerunt eard-
uulfo episcopo. (E)cgberhtus rex cantiae
dedit aecclesiae sancti andreae, heallingas, id est
terram decem aratorum, et commendauit episcopo
15 dioran. (O)ffa rex merciorum, et
ecgberhtus rex cantuariorum, dederunt aecclesiae
sancti andreae bromgeheg, et commendauerunt
episcopo dioran, et postea episcopo Waermundo.
(A)nno ab incarnatione domini dcc.
20 lxxxviii. offa rex merciorum dedit aecclesiae
sancti andreae trottesclib, et commendauit
Waermundo episcopo. (C)oenuulf rex
merciorum dedit aecclesiae sancti andreae borcste-
alle, et commendauit beornmodo episcopo.

7 in the margin (ii. idus augusti obiit Offa
rex anglorum.)

215v

(A)nno ab incarnatione domini dccc. xxxviii.
ecgbert rex dedit aecclesiae sancti andreae
snodigland, et commendauit episcop beorn-
modo. (A)nno ab incarnatione
5 domini dccc. xli. æthelulf rex occidenta-
lium saxonum, dedit aecclesiae sancti andreae ho-
lanbeorgestun, et commendauit episcopo be-
ornmodo. (A)nno dominicae incarna-
tionis dccc. lxxx. Æthelulf rex sa-
10 xonum, dedit aecclesiae sancti andreae cucolan-
stan, et commendauit suuiðuulfo episcopo.
(E)admundus rex anglorum, dedit
aecclesiae sancti andreae meallingas, et commen-
dauit episcopo burhrico. (Q)uidam prae-
15 potens ac probus homo nomine brihtricus,

cum uxore Ælfsuitha dederunt aecclesiae sancti
andreae, danitunam, et langafeldam, et dæren-
te, et falcheham, et commendauerunt Ælfsta-
no episcopo. (A)nno dominicae incarnatio-
20 nis dcccc. lv. Æthelred rex anglorum dedit
aecclesiae sancti andreae bromleage, et commenda-
uit Æl(f)stano episcopo. (A)nno dominicae
incarnationis dcccc. xcv. Æthelred rex
anglorum dedit aecclesiae sancti andreae, Wldeham,
216r

et litlanbroc, et commendauit episcopo Goduui-
no. Æthelred rex anglorum dedit
aecclesiae sancti andree Stantun, et hiltun, sci-
licet xv. mansas terrarum, et commendauit
5 episcopo Goduino. (W)illelmus primus rex
anglorum, reddidit fraceham terram sancti an-
dreae lanfranco archiepiscopo quam iniqui in-
iuste abstulerant, et ipse iuste reddidit
Gundulfo episcopo. Sic etiam stoches terram sancti
10 andreae eripuit ipse lanfrancus de in-
uasionem tyrannorum, et reddidit predicto
gundulfo episcopo, et monachis eiusdem.
(W)illelmus filius willelmi regis dedit aecclesiae sancti
andreae manerium suum lamhytham, et com-
15 mendauit Gundulfo episcopo. (L)an-
francus archiepiscopus dedit aecclesiae sancti andreae
manerium hedenham ad uictum monachorum,
quod concessit predictus Willelmus filius willelmi re-
gis. (E)stunam manerium, idem
20 rex Willelmus filius Willelmi dedit aecclesiae sancti
andreae, et commendauit episcopo Gundulfo.

.
. .
.

5 *in the margin* (v. idus septembris obiit Willelmus
primus rex anglorum.)

13 *in the margin* (iiii. non' augusti obiit Will[elmu]s
secundus rex anglorum.)

15 *in the margin* (v. kl' Iunii, obiit Lanfr[an]-
cus archiepiscopus)

216v

.
. .
.
.
5 .
.
.
.
10 .
.
.
.

15 .

20 .

217r

<one leaf replaced>

De numero militum huius episcopatus.

(G)osfridus talebot i. militem. Helto i. mil'.
 Godefridus de falcheham ii.os mil'. Sy-
 mon dimidium mil'. Rannulfus constabularius
 5 dimidium mil'. Hugo de stoches dimidium
 mil'. Margarita dimidium mil'. Willelmus de
 meidestane dimidium mil'. Hugo frater eius dimi-
 dium mil'. Geroldus filius seran de lameha
 dimid' mil'. Willelmus camerarius dimid' mil'.
 10 Ricardus de hedenham debet iii.es partes
 unius mil'. Osmundus iiii.am partem. Gerardus de
 stanis iiii.am partem mil'. Rog' de derenteford
 iiii.am partem mil'. Gerardus de giselham ii.as par-
 tes mil'. Et Radulfus brutin, terciam. Rodbertus
 15 de uuldeham iiii.am partem mil'. Turstinus de
 hallingis iiii. partem militis. Adam iiii.am par-
 tem mil'. Inter Willelmum de buneuesca, et Ro(d)bertum
 nepotem iiii.am partem mil', ita quod Willelmus
 faciet iii.es partes, et rodbertus iiii.am. Paganus
 20 filius Warin iiii.am partem mil'. Tidboldus de
 e(a)stuna i mil'. Wlfgeat de bromlega
 vi.am partem mil'. Rogerius harag' viii.am
 partem militis.

217v

5 .

10 .

15 .

20 .

(H)enricus gratia dei rex anglorum,
 Archiepiscopis, Episcopis, abbatibus, comiti-
 bus, caeterisque omnibus baronibus suis fran-
 5 cigenis et anglis, totius regni anglorum,
 salutem. Notum uobis omnibus esse uolo, quod
 omnes donationes et concessionem omnium
 maneriorum et omnium terrarum et omnium
 aecclesiarum cum omnibus redditibus et rectitu-
 10 dinibus suis et omnium decimarum quae hac-
 tenus concessae et donatae sunt aecclesiae sancti
 andreae apostoli quae sita est in ciuitate ro-
 uecestra, a quibuscunque siue regibus siue
 archiepiscopis uel episcopis seu comitibus seu ali-
 15 is quibuslibet huius regni nobilibus conces-
 sae sint aut donatae, ego henricus dei
 gratia rex anglorum potestate regiae digni-
 tatis michi a deo collata, omnimodo fir-
 mas et in perpetuum stabiles esse concedo.
 20 Et eas nominatim quas Gundulfus illius
 aecclesiae episcopus ut ad usum monachorum illorum qui
 in eadem aecclesia domino christo et praedicto apostolo
 deuote famulantur permaneant, ordina-
 uit, ego eidem aecclesiae et eisdem monachis

iure aeternae hereditatis habendas et li-
 bere atque quiete confirmo possidendas.
 Et sicut ipse praenominatus episcopus qui aecclesiam
 illam fundauit et monachos illos illic
 5 congregauit et ipsa maneria et terras
 quas in suo dominico habebat ipsis mona-
 chis a suo proprio uictu discreuit et dis-
 cretas iam dedit, uidelicet Vldeham
 cum omnibus appenditiis suis, Frandesbe-
 10 riam cum omnibus appenditiis suis, Sto-
 ches cum omnibus appenditiis suis, Suth-
 fletam cum omnibus appenditiis suis, Danitu-
 nam cum omnibus appenditiis suis, Lamhetham
 cum omnibus appenditiis suis, Hedenham cum
 15 cum manerio quod appendet Cudintuna no-
 mine, et cum omnibus quadraginta hidis terrae
 quae appendent, et omnes alias minutas
 terras et omnes redditus omnium terrarum ubi-
 cunque sint quas suo tempore acquisiuit
 20 et illis dedit, cum soca, et saca, et tolne, et
 teame, et omnibus aliis consuetudinibus et
 rectitudinibus et libertatibus quas ipsemet
 unquam melius habuit in terris et in aquis et
 in siluis et in uiis et in omnibus locis, ita

firmiter et stabiliter in omnibus, omnia
ista monachis illis concedo et confir-
mo. Et hanc confirmationem meam pro
anima patris mei et matris meae et pro
5 anima mea et uxoris meae et omnium pa-
rentum meorum stabilio, et stabilitate si-
gni sanctae crucis domini nostri iesu christi propria
manu mea et sigillo meo consigno.

10 (E)T ego anselmus non meis meritis
sed gratia dei cantuariensis archi-
episcopus hanc confirmationem regia aucto-
ritate confirmatam confirmo, ut et
ipsi praedictae aecclesiae et monachis praedi-
15 ctis atque post illos in perpetuum uicturis,
firmiter stabilis et stabiliter firma et il-
libata permaneant sancio, et sancitam si-
gno dominicae crucis christi consigno, et au-
ctoritate dei omnipotentis patris et fi-
20 lii et spiritus sancti et omnium sanctorum eius excom-
municatio omnes illos qui de praedicta
aecclesia aliquid horum omnium quae hactenus
ei sunt concessa et donata, et a rege
henrico et a me nunc confirmata

219v

abstulerint, uel auferre temptauerint,
uel ab aliis ablatum cognita ueritate re-
ceperint, uel retinuerint. Hoc etiam ad ul-
timum superaddo, aeterna cum iuda proditore sit
5 illis poena, nisi ad satisfactionem uene-
rint. Amen amen amen.

(E)go autem Gundulfus licet indignus
mitissimi sanctorum andreae apostoli uicarius
rofensium tamen uocatus episcopus, hanc nostrae
10 deuotionis institutionem, et regiae aucto-
ritatis confirmationem, immo domni an-
selmi archiepiscopi sanctionis excommunicati-
onem, et ore et toto corde confirmo. Et ut
in perpetuum integra et inuiolata permaneat,
15 signo crucis christi uice piissimi sanctorum andreae
apostoli eam consigno et corroboro. Quicumque
ergo audaci temeritate aut temeraria prae-
sumptione illam ulterius scienter uiolaue-
rint, apponat ac praeponderet dominus illam eorum
20 sacrilegii iniquitatem super omnes alias iniqui-
tates eorum. Et nisi ad satisfactionem uene-
rint, deleantur de libro uiuentium, et cum
iustis non scribantur, et in die iustae et aeter-
nae retributionis, cum sinistra parte positus

220r

<one leaf replaced>

subeant sententiam districtae ultionis.

Amen amen amen.

signum + henrici regis. Signum + anselmi archiepiscopi.

5 Signum + gundulfi episcopi, Signum ma + til(d)is regine et filiae
huius aecclesiae. anselmi archiepiscopi.

Signum + Rodberti, Signum + Waldrici, Signum + Willelmi

| | | | |
|----|--|---|---|
| | lincoliensis episcopi | cancellarii | de wereleuuast. |
| | Signum + Rodberti comitis de mellent. | Signum + henrici, comitis de waruic. | Signum + Gisleberti, de tonebriggie. |
| 10 | Signum + Rodberti, filii haimonis. | Signum + Rodberti, filii baldeuini | Signum + Willelmi de albi(g)neio. |
| | Signum + Rodberti, de monte forti | Signum + eudonis, dapiferi. | Signum + alani() filii, flathaldi. |

15 Anno ab incarnatione domini M. c.o iii.o

facta est hec confirmatio cantuarberiae
ii. NONAS martias.

He sunt consu(tu)edines que debentur a domino cantuariensi episcopo Roffensi, uidelicet
20 cum ad petitionem archiepiscopi aliquo proficiscitur episcopus quotquot diebus iter fecerit in eundo
uel moram faciendo, uel redeundo, singulis diebus percipiet xx. solidos sterlingorum.
Similiter archi(e)piscopatu uacante, cum officium episcopale exercuerit. Quod si cum archiepiscopo
ierit in optione erit archiepiscopi, uel ei omnia necessaria inuenire uel ut ipse et clerici
sui et seruietes ad mensam cum eo comedant, et ad uesperam habebit duos cereos
25 ydoneos, et xiiii.or maiores candelas et xxv minores ad numerum scilicet xxv. equitaturarum,
et unum et ceruisiam abundanter, et v. solidos singulis diebus ad familiam et equos. Si autem
archiepiscopus non potuerit aliqua causa interueniente officium suum exercere uel archiepiscopatus uaca-
uerit uices eius supplere debet Roff () ecclesie cant', tam in consecratio-
nibus regum quam episcoporum, et in aliis omnibus ad officium archiepiscopale spectantibus cum predicta
procuracione.

19 *change of hand* 19 *read* consuetudines 28 *erasure*

220v

**De numero ecclesiarum rofensis episcopatus,
et de reddittibus quos singule reddunt quando
accipiunt sanctum crisma a matre ecclesia episcopatus.**

(T)onebriggia, reddit nouem denarios.

- 5 Barindena, ix. den'. (*) Ealdinga () ix. den'.
(*) Lega, ix den'. Brancesle, ix. den'. Hors-
bundenne, ix den'. Theudelei, ix den'. Lam-
burherste, ix den'. Peppingeberia, ix den'.
Speldherste, ix den'. Wotringaberia, ix.
10 den'. East pecham, ix. den'. West pecham, ix. den'.
(*) East fearnlega, ix. den'. Becceham, ix. den'.
(*) Trottescliui, ix. den'. Ciselherste, ix. den'.
Cuclena, ix. den'. Æischerste, ix. den'. (*) Æiles-
ford, ix. den'. (*) Berlingis, ix. den'. Meallin-
15 gis, ix. den'. Codeham, ix. den'. Reiersce
ix. den'. Offeham, ix. den'. Dictuna, ix. den'.
Huntintune, ix. den'. Netlesteda, ix. den'.
Burcham, ix. den'. Wldeham, ix. den'. (*) Sancta
margarita, ix. den'. Cætham, ix. den'.
20 Sanctus Clemens, ix. den'. Cuclestena, ix. den'.
Hallingis, ix. den'. Snodilande, ix. den'.
(*) Wroteham, ix. den'. Meapeham, ix. den'.
Pennes herste, ix. den'. Ehteham, ix. den'.
Eadintuna, ix. den'. Lisna, ix. den'. Leuese-
25 ham, ix. den'.

5 (* Beantesteda)

6 (* Bitteberga)

11 (* Lilintuna)

12 (* Cap' anfridi)

13 (* Cusintuna)

14 (* pædlesuurtha)

18 (* Hescindena)

22 (* Stanteda)

1 *change of hand* 25 *extra line*

221r

() (*) Erde, ix. d'.
Wilmentuna, ix. (*) Lullingestuna, ix. den'.
Le, ix. den'. Mæruurtha, ix. den'. Wester-
ham, ix. den'. Watlande, ix. den'. Ciui-
5 linga, ix. den'. Æinesford, ix. den'. (*) Cimi-
singa, ix. den'. Wicham, ix. den'. Brade-
steda, ix. den'. Færningeham, ix. den'. Hæ-
selholte, ix. den'. Readlega, ix. den'.
Æisce, ix. den'. Herclei, ix. den'. Sunder-
10 ersce, ix. den'. Mapeldreskampe, ix. den'.
Heure, ix. den'. Scorham, ix. den'. Hludes-
dune, ix. den'. Otteford, ix. den'. Rokes-
le, ix. den'. Leleburna, ix. den'. Culinga,
ix. den'. Iuelda, ix. den'. Cidingestane, ix.
15 den'. Terstana, ix. den'. Æilentune, ix. d'.
(* Freondesbyri, ix. den'. Lilecirce, ix. den'.
Heahham, ix. den'. Cobbeham, ix. den'. (* Scorene,
ix. den'. Halgesto, ix. den'. Hnutstede,
ix. den'. Sancta wereburh de hou, ix. den'.
20 Dereuuoldes treow, ix. den'. Ordmæres
circe de hou, ix. den'. Do()des circe, ix. d'.
Deremannes circe, de hou, ix. den'. (* Cliue,
ix. den'. Falkenham, ix. den'. Denituna, ix.
den'. Meletuna, ix. den'. Grauesænde,

1 (* cap' Ho.)

2 (* Lullingestana.)

5 (* Sela.)

16 (* Strodes, Æslingeham, Thorndun[])

17 (* Mercstune.)

22 (* Westcliue.)

1 *erasure* 1 Erde *glossed* uel earhethē

221v

ix. den'. Eadelmesbre(g)ge, ix. den'. Stokes,
ix. den'. Grean, ix. den'. (* Cilesfeld, ix. den'.
Celca, ix. den'. Northcræi, ix. den'. Rodulfes
cræi, ix. d'. Fotescræi, ix. den'. Norðfleotes,
5 ix. den'. Suðfleotes, ix. den'. Bixle, ix. d'.
Suaneskampe, ix. den'. (* Haltsteda, ix. d'. (*) Deren-
te, ix. den'. () Derte-
ford, ix. den'. Suð derente, ix. den'. Suð-
tuna, ix. den'. Stanes, ix. den'. Orpintu-
10 na, ix. den'. Hortune, ix. den'. Plumstede,
ix. den'. Bromlega, ix. den'. Æltheham, ix.
den'. Wicham, ix. den'. (* Cerlentune, ix. den'.
(*) Greneuic, ix. den'. West greneuic, ix. den'.
Wleuic, ix. den'. (*) Gillingeham, ix. den'.
15 (*) Bearmlinges, ix. den'. () ix. den'.
Seouenaca, ix. d'. (*) Meallingetes, ix. d'.
De capellis. (B)itteberga, reddit sex de-

narios. Chitebroc, vi. den'. Comba, vi. d'.
 Strodes, vi. den'. Capella de hou, vi. den'.
 20 () Hal-
 gelei, vi. den'. Æslingeham, vi. den'. West
 cliue, vi. den'. Gre()nic, vi. den'. Stanste-
 de, vi. d'. Thorninduna, vi. d'. Lidisinge,
 vi. d'. Mersctuna, vi. d'. Lullingestana, vi. den'.

2 (* cap' Fearnberga.)
 6 (* Gretenersce.)
 6-7 (* Helle.)
9 (Craie)
 12 (* Chitebroc.)
 13 (* Comba.)
 14 (* Grenic, Lidisinga.)
 15 (* Bearmlingetes.)
 16 (* Sanctus Leonardus.)

7, 15, 20, 22 *erasures* 8 *second ix. glossed (vi.)* 17 *sex glossed (Sed modo ix.)* 23 *Thorninduna, vi. d' cancelled* 23 *Lidisinge corrected with a dot*

222r

Hescendena, Bearmlingetes, vi. den'.
 Cusintune, Bean(t)esteda, (Craie)
 Cretenersce, Sciburna, Helle (vi. d'.)
 Fearnberga, (vi. den'.) Sanctus Leonardus.
 5 Lilintuna, Sancta Maria de castello,
 .

(Q)uid pro defunctis sociis nostris facere
 debemus. (P)ro monachis
 aeccliesiae christi cantuariæ, vii. offi-
 10 cia plenaria, et xxx. diebus uerba mea, et
 unusquisque sacerdos vii. missas, alii psalmos.
 (P)ro monachis sancti augustini anglorum apostoli
 tria officia in conuentu.
 (P)ro sanctimonialibus de mellingis, quantum pro monacho
 15 aeccliesiae christi cantuariæ.
 (P)ro monachis sancti martini be bello, iii.a officia
 in conuentu sine uerba mea, et unusquisque frater vii.
 missas, alii psalmos, pauperes tres reficiantur
 una die.
 20 (P)ro fratribus bermund(e)siensibus, tria officia in
 conuentu, unusquisque sacerdos unam missam, alii
 l. psalmos, pauperes iii. reficiantur una die.
 (P)ro monachis sancti petri uuestmonasterii, iii.a
 officia in conuentu, unusquisque sacerdos i. missam,
 222v

et alii l. psalmos.
 (P)ro monachis sancti iohannis colecestriæ, iii.a offi-
 cia in conuentu, quisque sacerdos unam missam,
 alii l. psalmos.
 5 (P)ro monachis sancti eadmundi, iii.a officia in con-
 uentum, quisque autem sacerdos vii. missas, alii
 psalmos, pauperes tres reficiantur die una, uer-
 ba mea non dicatur.
 (P)ro monachis eliensibus, quantum et pro mona-
 10 chis sancti eadmundi facimus in conuentu et extra.

(P)ro monachis sanctae trinitatis noruicensis cenobii, vii. officia plenaria, et xxx.a diebus uerba mea, unusquisque sacerdos vii. missas, alii psalmos.

- 15 (P)ro monachis sancti albani, vii. officia plenaria, et xxx.a diebus uerba mea, et unusquisque sacerdos tres missas, alii psalterium unum.

(P)ro monachis de egnesham, vii. officia in conuentu, et xxx.a diebus uerba mea, et unusquisque sacerdos iii. missas, alii psalmos.

- 20 (P)ro monachis sancti petri de batha, iii.a officia in conuentu, et xxx.a diebus uerba mea, quisque sacerdos iii. missas, alii psalmos.

(P)ro monachis sanctae mariae de malmesberia,
223r

tres missas in conuentu, quisque sacerdos iii. missas, alii psalmos. Pro episcopo autem nostro ipsi facient vii. officia in conuentu, et xxx.a diebus uerba mea, quisque sacerdos iii. missas, alii psalmos, et

- 5 nos itidem pro abbate ipsorum.

(P)ro fratribus aecclisiae sancti petri gloacensis, vii. plenaria officia in conuentu, et xxx.a diebus uerba mea, quisque sacerdos iii. missas, alii psalmos.

- 10 (F)ratribus rofensis aecclisiae debent Wincelcumbenses unusquisque priuatam unam missam, in conuentu uero tria officia plenaria, panis et potus uno tantum die dabitur.

(P)ro monachis tethochensibus, vii. officia in conuentu. Pro episcopo autem nostro illi vii. officia et xxx.a

- 15 diebus uerba mea, et nos itidem pro abbate ipsorum.

(P)ro monachis Wigornensis aecclisiae, iii. plenaria officia in conuentu. Et pro episcopo utroque, et pro magistro priore, vii. officia plenaria in conuentu, et xxx.a diebus uerba mea.

- 20 (F)ratribus aecclisiae rofensis debent persorenses vii. plena officia in conuentu, et unusquisque frater iii. missas, alii psalterium unum.

(P)ro monachis de abbendune, vii. officia in conuentu, et xxx.a diebus uerba mea, et unusquisque

223v

sacerdos iii. missas, alii psalterium unum.

(P)ro monacho beccensi, iii.a officia in conuentu, et xxx.a diebus uerba mea, singuli tres missas, et alii psalterium unum.

- 5 (P)ro monachis sanctae trinitatis fiscanni, iii.a officia in conuentu, quisque frater vii. missas, alii psalmos, uerba mea non dicatur.

(S)imiliter et pro monachis sancti audeni rotomagensis cenobii.

- 10 (P)ro monachis sancti martini sagii, agimus iii.a officia in conuentu cum breuis inde aduenerit. Siue autem breuem habuerimus siue non, unoquoque anno iii.a officia in conuentu post octauas pentecostes.

- 15 (S)imiliter et pro monachis sancti martini troarni.

(S)imiliter et pro monachis sancti petri
pratellis.

(S)imiliter et pro monachis sancti taurini
20 ebroicensis.

(P)ro monachis milidunensibus, iii.a officia
in conuentu.

.
.

224r

:
:
:

Expositionem eiusdem super psalterium, in iii. uol'.

5 Librum ipsius de ciuitate dei, in i. uol'. Expo-
sitionem eiusdem super epistolam sancti iohannis apostoli in i.
uol', in quo et sermo ipsius inter pressuras, et
apocalipsis, et cantica canticorum. Item augus-
tinum contra faustum in i. uol'. Enkiridi-
10 on eiusdem, et librum beati ambrosii de bono mor-
tis, librum quoque domni lanfranci archiepiscopi con-
tra beringerium in i. uol'. Item librum eiusdem
contra felicianum, et librum domni anselmi ar-
chiepiscopi Cur deus homo, et librum de asseneth cum
15 quibusdam aliis opusculis in i. uol'. Item librum
ipsius de trinitate in i. uol'. Item librum ipsius
contra v. hereses, et sermonem eiusdem de muli-
ere forti, et librum didimi de spiritu sancto, expo-
20 sitio quoque baede super xxx. quaestiones in libros regum,
item expositio eiusdem de templo solomonis, et ex-
positionem super canticum abbacuc, epistolam quoque
mansueti episcopi ad constantinum, in uno uolum'.
Item librum ipsius de concordia euangelistarum, et
ipsius expositionem de sermone domini in monte,

1-3 erasure

224v

et librum ipsius de blasphemia in spiritum sanctum,
et sermonem ipsius de decem plagis, in i. uol'.

Item de doctrina christiana, et de uera reli-
gione, et de poenitentia, in uno uol'. Item
5 contra caelestianos et pelagianos, et de na-
tura boni, et dialogus eiusdem ad ieronimum,
et de cura pro mortuis gerenda, et regula
eius ad monachos in i. uol'. Item exceptio-
nes de augustino super iohannem, et aliae plu-
10 res exceptiones de libris ipsius, in i. uol'.

Item librum eiusdem de agone christano cum aliis
pluribus minutis opusculis, in i. uol'.

Sermo eiusdem de pastoribus, et sermo de ouibus, liber
quoque aduersus donatistas de baptismo, liber eiusdem
15 etiam de baptismo paruulorum, et epistola ad marcellinum,
et liber de unico baptismo, et liber eiusdem de spiritu et lit-
tera, in i. uol'. Lib(ri) confessionum eiusdem, (*)
in i. uol'. Item liber retractationum eiusdem, et liber
de ortu, uita, uel obitu sanctorum patrum, qui in scri-
20 pturarum laudibus efferuntur, liber etiam sancti ysi-

dori quidam, catalogus quoque beati ieronimi de catholicis scriptoribus, et catalogus gennadii episcopi post ieronimum, et catalogus ysidori de illustribus uiris, et decretalis epistola gelasii papae de reci-

17 (* et liber eiusdem de diuersis heresibus,)

225r

piendis et non recipiendis libris, liber quoque catholici senatoris de institutionibus diuinarum litterarum, et liber prohemiorum sancti ysidori episcopi, in i. uol'. Item liber eiusdem de nuptiis et concupiscentia, et responsio eiusdem sancti augustini contra cartulam missam ualerio comiti, a quodam reprehendente eundem librum, et libros vi. contra iulianum episcopum pelagianae heresis defensorem, in i. uol'. Item de presentia dei ad dardanum, et epistolae senice ad paulum et pauli ad senicam, et liber rathramni de eo quod christus ex uirgine natus est, et liber eiusdem de anima, et sermones de assumptione sanctae mariae, et sermo pascasii diaconi in genealogia christi, et sermo sancti ambrosii de natiuitate sanctae mariae, et quoddam scriptum anselmi archiepiscopi, in i. uol'.

(L)ibri beati ieronimi, sunt isti.

Epistolae ipsius, in i. uol'. Commentarium eiusdem super mathaeum in i uol'. Item libri eiusdem super xii. prophetarum, et super danihelem in duobus uol'. Item liber eiusdem contra iouinianum hereticum in uno uol'. Item expositio eiusdem super epistolam ad titum, et isidorus super genesim in i uol'. Item liber (eiusdem) de essentia et ineffabilitate dei, cum aliis pluribus minutis opusculis, in i. uol'. Item liber eiusdem

14–15 two lines in space for one

225v

in uitam sancti pauli heremitaie, et sancti hilarionis, et aliorum plurimorum sanctorum patrum, etiam actus monachi captiui, cum uita sancti antonii, et liber heraclidis qui paradysus appellatur in i. uol'. Vetus et nouum testamentum, quam (trans)tulit de hebreo in latinum, in ii. uol'. Quorum primum continet hos libros, Quinque libros moysi, Iesum naue, Iudicum, Ruth, Psalterium, Prouerbiorum, aEcclesiastes, Sapientiae, aEcclesiasticum, Hezram et neemiam, Paralipomenon duos libros, et iiii.or euangelia. In alio uero uolumine, continentur iiii.or libri regum, Iob, Liber tobie, Iudith, Hester, Libri machabeorum ii.o, Libri prophetarum omnes, Actus apostolorum, Epistolae pauli, Aliorumque apostolorum, Apocalypsis. Item expositio eiusdem super ysaiaem prophetam, in i. uol'. Expositio quoque eiusdem super psalterium, in i uol'. De hebraicis quaestionibus in genesi, et de mansionibus filiorum israel, et de distantis locorum, et interpretationes hebraicorum nominum, et quaestiones in librum regum, et (in) parali(p)pomenon, et de decem

temptationibus, et canticum debborae, et lamentationes ieremiae, in i. uol'. Item tra-

226r

tatus eiusdem in libro iesu naue, libri quoque duo beati augustini doctoris de adterinis coniugiis, et liber unus de mendacio et alius contra mendacium, et liber eiusdem ad renatum de natura et origine animae, et ali-
5 u(s) lib(er) de eadem re ad petrum presbiterum, ad uincentium uictorem quoque duo() libr(i) de eadem re, et sermo arrianorum, et liber sancti augustini respondentis contra arrianorum
10 perfidiam, et libri duo eiusdem contra aduersarium legis et prophetarum, in i. uol'. Expositio super ezechielem prophetam, in i. uolumine. Item quinque libros moysi in uno uolumine
15 nouo. Iesum naue, Iudicum, et Ruth in uno uolumine nouo. Item explanatio eiusdem in ieremiam prophetam, in i. uol'. **(Item super ecclesiastem, et Bedam de tabernaculo et uasis eius, (et super) actus apostolorum, et improprium ad monachos, et responsiones cuiusdam, in i. uol'.)**

20 .

.
. .
. .

226v

.
. .
. .

5 .

.
. .
. .

10 .

.
. .
. .

15 .

.
. .
. .

20 .

.
. .
. .

227r

Libri beati ambrosii, sunt isti.

De officiis in uno uolumine. Exameron

eiusdem in uno uolumine. Item liber eiusdem
de uirginitate, et de uiduis, et de lapsu
5 uirginis, in i. uol'. Item liber eiusdem de conflictu
uitiorum et uirtutum, et oratio sancti effrem
de compunctione, libri etiam iuliani episcopi de
prognosticis, et plures sermones sancti augusti-
ni, et liber paschasii de corpore et sangui-
10 ne domini in i. uol'. Epistolae ipsius in i. uol'.
Item expositio in euangelium lucae euange-
listae, in i. uol'. De fide ad gratianum im-
peratorem in i. uol'. Item de poenitentia contra
nouatianos, et liber sancti augustini de u-
15 tilitate credendi, et liber eiusdem de fide
ac simbolo, et liber illius ad inquisitiones ianu-
arii, et epistola ad armentarium et paulinam,
et sermo de periurio, et sermo de excidio
urbis romae, et sermo de faciendis elemo-
20 sinis, et sermones de fide, de caritate, de
timore domini, et liber iustini in libris trogi
pompeii, in i. uol'. Item liber de mysteriis
siue initiandis, et sermo de sacramentis
neophitorum habitus in synodo, et epistolarium
25 iuonis carnotensis episcopi in i. uol'.

10 Epistolae — i uol' *cancelled* 25 extra line

227v

(L)ibri sancti Gregorii papae sunt hi.

Moralia eiusdem in duobus uoluminibus. Pastora-
lis et dialogus in i(i). uol'. Liber ipsius super eze-
chielem in i. uol'. Registrum in i. uol'. Specu-
5 culum in i. uol'. (Gregorium super ezechielem in duobus
uoluminibus.)
Pastoralis anglicu(s) in i. uol'. Prosper in i. uol'.
Egesippu(s) in i. uol'. Itinerarium petri in ii.
uol'. Rufinus in aecclesiasticam hystoriam, in uno
10 uol'. Canones et decreta pontificum, in i.
uol'. Exceptiones de eisdem in i. uol'. Orosius
cum gothorum hystoria in i. uol'. Iohannes crisosto-
mus de reparatione lapsi, libri quoque eiusdem de com-
punctione, liber etiam ipsius de psalmo quinquage-
15 gesimo, et liber ipsius de eo quod nemo leditur nisi
a se ipso, et de expulsionem sua, sermonesque be-
ati augustini de simbolo et oratione dominica,
quoddam quoque miraculum sancti martini, et scri-
ptum fulberti de eo quod tria maxime sunt neces-
20 saria christianae religioni, item scriptum fulberti
de sacerdote et hostia quam accepit cum or-
dinatur, libri quoque alcuini ad karolum de
trinitate, in i. uol'. Liber scintillarum
in i. uol'. Diadema monachorum in i. uol'.

7 Pastoralis — i uol' *cancelled*

228r

Institutiones regum anglorum in i. uol'.
Librum amalarii abbatis de officiis diuinis
in i. uol'.

(Descriptio locorum quae uidit bernardus sapiens

5 quando iuit ierusalem, uel rediit, et uita karoli magni
regis, et itinerarium christianorum in ierusalem contra paganos,
et hystoria normannorum, in i. uol'.)

.

10 .

.

.

.

15 .

.

.

20 .

.

.

.

228v

.

.

.

5 .

.

.

10 .

.

.

.

15 .

.

.

20 .

.

.

.

229r

Libri uenerabilis baedae presbiteri sunt isti.

Hystoria anglorum, in ii. uol'. Eiusdem de temporibus, et de aequinotio, cum Alberico de compoto, in i. uol'. De arte metrica, et de scematibus,

5 et de miraculis sancti cuthberti uersifice compositus, cum libro karoli et alcuini de dialectica, libellus quoque petri damiani cuius nomen dominus uobiscum, et sexaginta sex, quaestiones orosii ad augustinum, et sermo beati isidori de corpore et sanguine domini, et liber sancti augustini

10

de agone christiano, in i. uol'. Super tobiam et
ezram, et liber eiusdem in uerbis neemiae, in i.
uol'. Item expositio eius super apocalipsin cum alia
expositione sine titulo, in i. uol'. Commen-
15 tarium eiusdem super marcum euangelistam in i. uol'.
Item martyrologium de nataliciis sanctorum, et re-
gula sancti benedicti, consuetudinesque lan-
franci archiepiscopi, in i. uol'.

20 .

Regula sancti iohannis cassiani, in i. uolum'.
Iginus de spera mundi, et hystoria longobardo-
rum, et gesta alexandri regis macedonum in i. uol'.

4 De arte metrica *glossed* Alcuinum 4–11 De arte — i. uol' *cancelled*
14–15 Commentarium — i. uol' *cancelled*

229v

Expositio super apocalipsin sine titulo in i.
uol'. Collationes de dictis uel factis pa-
trum in i. uol'. Collationes abbatis moysi,
et libri sancti effrem, cum pluribus omeliis et
5 multis aliis opusculis, in i. uol'. Vita sancti
dunstani, et passio sancti ælphaegi cum sermo-
nibus de dedicatione aecclesiae in i. uol'. Epistolae
sancti pauli glosatae in i. uol'. Epistolae domni lan-
franci archiepiscopi, cum aliis minutis opus-
10 culis in i. uol'. Liber de ratione et peccato-
re cum pluribus opusculis in i. uol'. Liber
prognosticorum in i. paruo uol'. Passionalia
in iiii. uol'. Sermonalia anglica in ii.
uol'. Sermones diuersarum solennitatum,
15 diuersorumque auctorum, in i. uol'. Omelia-
ria duo, in duobus uol'. Vnum de dominicis,
aliud de sanctis. Lectionarii duo ad matuti-
nas in duobus uol'. Vnus de dominicis, alius de
sanctis. Benedictionalia in duobus uolum'.
20 Tripartitum psalterium in i. uol'. Iosephus in
ii. uolum'. Solinus, et dares, et liber pergesis,
i. de situ terrae, prisciani grammatici urbis romae, et ua-
ticinium sybillae, et historiam britannorum in i.
uol'.

<six added leaves>

230r

Epistolas beati pauli in uno uolumine.
Collationes diuersorum auctorum in uno uolum'.
Lectionaria in tribus uoluminibus. Nouum testamen-
tum in uno uolumine. Haimonem in uno uol'.
5 Ysidorum de ordine creaturae et miracula sanctae
mariae in uno uolumine.

:

Quinque libri

moysi, et iosue et iudicum in uno uol'.

10 Collectiones ecclesiasticarum regularum domni iuonis carnotensis.

:

.

15

20

6–8 *erasure* 10 *change of hand* 11 *erasure*

230v

(D)omino Ascelino Rofensi episcopo, et Radulfo castellano, et omnibus ciuibus
Rouecestrie, totique hundred de scamele, Ernulfus de chiel-
esfelda salutem. Notum uobis sit quod ego ernulfus et Agnes uxor
mea, et Symon primogenitus et heres meus, et Helyas cle-
5 ricus, et Hugo miles filii mei, donationem quam Ernulfus de Stro-
des homo meus sancto Andree et monachis de rouecestria pro
filio suo in ecclesia rofensi ad monachatum suscepto dedit, par-
tem scilicet terre sue, que Piuindene uocatur, et terram illam quam
in suo dominico habebat in alio loco qui uocatur Godricesdune,
10 liberam ab omni seruicio et quietam aeterno iure monachis eisdem
possidendam concessimus. Quod si predictus Ernulfus uel aliquis
heredum aut successorum eius a solito quod michi de feudo suo
debet seruicio defecerit, a reliqua quam de me tenet ter-
ra exigetur, elemo(si)na autem ab omni exactione et querela et ca-
15 lumnia libera permaneat. Et hanc quidem concessionem pro salute anime
mee, et uxoris, et liberorum, et patris, et matris mee, bono et deuo-
to animo feci, et signo sancte crucis, + proprioque signaui ()
sigillo. Cuius rei testes sunt Syuuardus presbiter, Symon, Hu-
go, Elyas, filii Ernulfi, et Agnes uxor sua, Samson frater, Ricar-
20 dus nepos domini, Adalulfus miles, Willelmus dapifer, Ernulfus
dispensator, Haimo brito, Ernulfus clericus, Rainaldus secretarius,
Ricardus de clouilla, Elfuuinus catere, Rodbertus filius Bunde, Go-
defridus nepos goislani, Robertus cognatus clementis monachi,
et alii multi. Anno ab incarnatione domini m.c.xl(). iii. hec

24 *breaks off*

<fos 231–4 not transcribed>

235r

.....

235v

.....